



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Sexto die Veneris Quadragesimæ. Homilia Trigesimanona. De concilio contra Christum. Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæ consilium, & dicebant; Quid facimus? &c. Ioan.11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

foliis radios, quibus extirrentur, ardentissimos, quam aquarum fluentia refrigerat.

Si ex eo quod Eliseus Eliaz ministrasset ablueret manus aquam & mappam abstergendis, efficacis sunt primum fuerit argumentum, quod aquam posset exercitui impetrare sumentis. Eia agite charissimi, num aqua laboratis lacrymarum, ut illas cor vestrum producat ad vestrarum salutem animarum? O quam sunt acida corda! heu quam obdurata! O quam seueritas oculoſum! Ad hanc confugite sanctissimam Magdalenam, quæ tanto Dominus honore dignatus est, ut aquam porrigeret non Eliaz Prophetae, eius manibus ablueret

dis, sed aquarum effundat riuulos lacrymarum, quibus rigauit lauique pedes ipsius Dei Redemptoris, Domini Elisei, omniumque Prophetarum. Non mappam manibus adiecit Eliaz extergendis sed flauelcentes capitis sui crines pedibus abstergendis Saluatoris. Illius imploſate suffragia, illa vobis patrocinetur, illa vobis à Deo veram adeo scelerum vestrorum obtineat contritionem, ut discisso corde per oculos lacrymarum desistant amoris ita feruentis, ut audite more amari: *Remittuntur tibi peccata tua, Vade in pace: caelesti diuinaque pace gratia hoc in mundo fructe, & in altero gloriae gaudio sempiternæ. Amen.*

## S V M M A R I V M

### HOMILIAE TRIGESIMA NONÆ SEQVENTIS.



- C**ONTESTI planè mysterio duo nobis Euangelista proponit concilia, quæ cum sibi mutuo magis sint contraria quàm lux & tenebræ idem tamen concludunt, eandem que dant sententiã. *a. Primum celebratur in synodo Hierusalem, in quo conueniunt Principes, Sacerdotes & Doctores, & supremam decernunt malitiam. b. b. §. 2. 3. quam à bis mille annis execratus est Iacob pater eorum. c. fuitque euerſionis regni ac ciuitatis eorum causa principalis. d. Secundum illud est, quod ab æterno celebratur tres diuinæ Personæ in Consistorio SS. Trinitatis, in quo idem statutum erat in bonum nostrum, & omnium redemptionem. e. e. §. 10. 11. 12. 13. 14.*
- §. 1. Ostendit Euangelista completam unionem summæ malitiæ, summæque pariter iustitiæ, quam Angelus Danieli manifestauit.
- §. 2. Collegerunt ergo Pontifices & Pharisei &c. Pessimam nequitiam, quæ potuit inueniri fuit illa, in quam illi delapsi sunt, dum concilium conuocant, quo Deum interficiant.
- §. 3. Collegerunt concilium &c. In hoc concilio tota creata interfuit malitiæ, nedum hominum, sed etiam demonum omnium: ibidem enim adhiberunt.
- §. 4. Collegerunt Pontifices, & Pharisei &c. Optime describit Pontifices illos & Phariseos Iacob in duobus filijs suis Simeon & Leui: ex quibus descendebant.
- §. 5. Quid facimus? Quia hic homo &c. Vasa iniquitatis fuerunt hi consiliarij, liuore, auaritia, & ambitione pleni.
- §. 6. Quid facimus &c. Si dimittimus eum &c. Huius concilij consiliarij fuerunt inuidia, auaritia & ambitio.
- §. 7. Si dimittimus eum &c. Veniet Romani &c. Vnde illi gloria sua, honoris & opes saluare studuerunt: inde in perpetuum perdidit.
- §. 8. Expedit ut vnus moriatur. Ignis fuit hæc sententia Phariseorum, qui succendit Hierusalem, ut descripsit Ezechiel.
- §. 9. Primum malitiæ ciuitates euerſit, sicut horum perdidit Hierusalem.
- §. 10. Hoc autem à semetipso non dixit. Ex hoc malitiæ concilio, velut per antliam eduxit Deus decretum suum æternum ad nostram salutem.
- §. 11. Consiliarij caelestis concilij fuerunt potentia infusa, suprema sapientia, & immensa bonitas.
- §. 12. Caiphas cum esset Pontifex prophetauit. Caiphas medius propheta sententiam premulgauit, quam ori illius Deus imposuit.
- §. 13. Expedit, ut vnus moriatur homo &c. Mors Christi conueniens fuit, non uero eius occisio & bene dixit: Moriatur.
- §. 14. Expedit ut vnus moriatur homo &c. En.

&c. Expediebat mori Christum, ut misericordia & iustitie satisfaceret, & legu decretum impleat.

§. 15. Expenduntur viginti convenientia mortis Christi, quas eleganter susceq. prosequitur P. F. Ludouicus Granatensis.

# HOMILIA XXXIX. DE CONCILIO CONTRA CHRISTVM.

Sexto die Veneris Quadragesimæ.

Collegerunt ergo Pontifices & Pharisei Concilium, & dicebant: Quid facimus? &c, Ioan. 11.

I. Duo celebrata sunt concilia, in celo, & in terra.



**H**ODIERNVM Euangelium pelagus est immensum in quo etiam Angelorum ac supremorum Seraphim absorbentur intellectus. Duo nobis proponit D. Ioann. Evangel. concilia: vnum ab hominibus in terra celebratum: alterum vero à Deo in caelis plenum; conuocatum in Hierusalem Pontifices & Doctores, illi qui mundi totius erant oculi, & abs terrena sapientia fuit autem hoc concilium non contra inferiorem a liquem quam Redemptorem nostrum aggregatum, concilium sine consilio: quia non est consiliu in concilio contra Dñm. In vnum conuenerunt sine capite capita, & sine regimine rectores, solter explorant, & intelligant totius illius vite processum, eius seruantur actiones, & omnes inquirunt agendi modos ex quibus constabat manifestè quòd ipse verus esset Messias: nam in rei veritate hoc ipse nō ignorat, ut testantur D. Hier. & D. Chrylost. & declarat Angel. Doctor D. Thoms. sumpta igitur resolutione huius processus, suffragia dant & colligunt, eumque mortis tenui esse conclamant vniuersi. Si porem omnem excedit ad tantam posse homines delabi cecitatem & quidem tales: vnde censet D. Gregor. in illis impletum illud Iob vati oraculum: *Per diem iacuerunt tenebras, & quasi in nocte sic palpauerunt in meridie.* At verò multo magis illud admittor Evangelistæ, quod ait in celo aliud celebratum fuisse concilium, in quo inter fuere tres persone Sanctissime Trinitatis, & præhabito diuino concilio, in eandē conuenere sententiam: etenim supposito, quod Christus sanctus esset & bonus,

eiusque opera talia, ut in illis nec minimus quidem argui posset defectus, ipse verò verus Deus, sententiam pronuntiat diuinitatem: ob eandem rationem expedire ut moriatur: grande mysterium & altissimum Sacramentum!  
Duo concilia, vnum in celo & in terra alterum: vnum ex personis humanis, alterum ex diuinis: in vno conuenit & præsidet tota bara huius malatia in altero verò tota Dei bonitas: in vno tota dirigit ignorantia & cecitas que in mundo posset inueniri, in altero cæli totius infinita sapientia, quam nemo hominum queat comprehendere: vnde vnum rem concludit ita peruersam & iniquam ut ipsi demones formare non possent iniquiorem: alterum autem rem ita sanctam, iustam & bonam, ut ipse Deus non posset determinare meliorem: & nihilominus ambo concilia vnum idemque determinant, concludunt, & in vnam omnes conspirant resolutionem, eandemque sententiam; ut inter vtramque nec vnus iota possit discrimen inueniri. Quis sapiens hoc intelliget vnum idemque iudicium, vna eademque resolutio, vna eademque sententia, vnum idemque decretum iisdem verbis prolatum ab vtroque, sed is qui fuerunt in Hierusalem totalis causa fuit ruina ciuitatis eorum atque interuentionis: is autem qui in celo interfuerunt, causa fuit sedum Angelorū reparacionis, celestique regni ratio magnitudinis, nos Deus illuminet opus enim nobis est luce gratiæ, quam nobis Regina caelorum impetrabit, si eandem ab illa postulamus dicendo *Aue Maria.*

II. Idem rationem concludunt.

In 1. 21. Math. 9. p. 47. ar. 5.  
L. 6. Mor. c. 11.  
Iob 5. 14.

§. 1. Offen.

**§. I.** *Ostendit Evangelista completam summam malitiam vñonem summam pariter iustitiam, quam Angelus Danieli manifestavit.*

**2**  
a Orat.  
contra  
Iudaos.  
b In Da-  
niel.  
c Li. 8. de  
demonstr.  
Euang.  
I.  
Visio Da-  
nielis per  
Gabrielem  
exponit-  
ur.

**O**ptima ratione censuit admiratione dig-  
nam D. Chryostomus a. quem sequitur  
Theodoretus. b. eum Eusebio Casarien-  
si. c. coniunctionem quam fecit Angelus Gabriel  
loquens cum Daniele Propheta noua referens il-  
li, quibus non possit optare letiora. Captiuus de-  
tinebatur Dei populus in Babylonia, iugebatque  
non parum pius ille Propheta graues illos labo-  
res, quos sub illo seruitutis iugo patiebatur: vnde  
de ad orationis confugit azylum, vt à Deo im-  
petraret, quatenus illi placeret huic tandem si-  
nem imponere seruituti, populumque Dei in  
pristinam asserere libertatem, postea de tempora-  
li illa agens seruitute vt verè Sanctus erat &  
Propheta, spiritum suum promouit altius in cõ-  
sideratione miserimæ captiuitatis, cui ob pec-  
cata sua genus humanum subiacebat dura de-  
tentum Saranæ potestate, multoque insuities  
grauiori, quàm ea qua populus in Babylonia pre-  
mebatur: vnde multa sollicitudine feruentique  
spiritu supplicat à Domino eiusdem remedium,  
esslagians & instans, vt indignaretur mundi mite-  
tere restauracionem; destinat illi Deus Archang-  
elum S. Gabrielem, qui moerentem soletur,  
Deique nomine declarat, vt animæ quior sit, tem-  
tempulque manifestet, & quando futurum sit,  
cuius tantopere desiderio flagrabat, nempe post  
breuissimum tempus, indicat autem hoc illis ver-  
bis tanè valde mysticis. *Septuaginta hebdomades  
abbreviata sunt super populum tuum & super ur-  
bem sanctam tuam vt consummetur prauaricatio,  
& finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas,  
& aduancetur iustitia sempiterna, & impleatur vi-  
sio & propheta.* Noueris igitur ô Propheta tuas  
à Deo preces exauditas & tempus remedij, quod  
postulas & optas, esse abbreviatum: futurum e-  
nim est hebdomadis abhinc septuaginta. E-  
rant hebdomades annorum; sicut enim nostræ  
septem constant dies, sic ille, quas propo-  
nebat, septem singula constabant annis. Phra-  
sis est hæc in veteri lege satis vñta præser-  
tim in eo quod Dominus Moyse proposuit in  
Leuitico annum insiruens Iubilei qui quin-  
quagesimus erat annus, in hæc verba; *Numerabis  
tibi septem hebdomadas annorum, id est, septies  
septem, quas simul faciunt annos quadragesima non-  
nem, hoc. Sanctificabisque annu quinquagesimum,  
Hieron. Epist. de Lanza. Tom. III.*

Dan. 9. 24  
II.  
Quales  
sunt illæ  
hebdom-  
adæ.  
Leuit. 25.  
8.

**Et.** Itaque septuaginta tales hebdomadæ nu-  
merum faciunt quadringentorum & nonaginta  
annorum, q. d. abhinc quadringentis & no-  
naginta annis veniet remedium. Hæc est vna  
præ cæteris euidentior propheta de aduentu fi-  
lij Dei in mundum, tunc temporis, inquit An-  
gelus, pari passu parique consilio progredien-  
tur, & summa perueritas & summa malitia.  
Summum quod potest ascendet malitia fasti-  
gium, atque ex ea sempiternam Deus eliciet ius-  
titiam & omnia simul implebuntur vatum ora-  
cula.

Sic D. Chryostomus hæc verba interpreta-  
tur. *Et consummetur prauaricatio, & finem acci-  
piat peccatum.* Duobus modis notat D. Augustin.  
dici aliquid in S. pagina finem accipere: vel  
quando totaliter destruitur, eo modo, quo di-  
cis, quod arbor finem accepit quæ totaliter  
exaruit, & principis talis familia seu progenies,  
quando nullus ex ea superest: vel quando om-  
nimodè perficitur, & completur: sic ais do-  
mum esse consummatam, quando à fundamen-  
tis ad rectum vsque peracta est, nec aliquid ab-  
dendum superest atque hoc modo hic sumitur  
q. d. Angelus ad supremam accedet pecca-  
tum altitudinem, qua non poterit altius. Quid  
est, inquit Theodoretus, huic insitens opinio-  
ni: *Quod consummetur peccatum? nihil aliud  
sane, quàm quod augatur impium a forum conatus.*  
Ea phrasi, qua Sacra Scriptura, vt declarat,  
peccatum ad summum vsque peruenisse, dice-  
re solet, iam consummatum est: ita loquitur  
Abrahæ Deus: *Necdum completa sunt iniquitates  
Amor. haorum vsque ad presens tempus: Item Prin-  
ceps Ionathas de patre suo sic Davidi loquitur:  
Scito, quia completa est malitia eius: id est, in-  
quior esse non potest.* Simul igitur veniet & sum-  
ma iustitia & summa iniustitia, peccatum, in-  
quit, ad summum ascendet verticem, eoque pro-  
cedet quo non poterit ulterius, sicut ais: infirmi-  
tas ad vltimum, quod potuit accessit, quando  
iam hominem prope interimit: & inde proueniet  
iustitia sempiterna atque ex eo Deus eliciet  
æternum sive iustitiæ decretum, quod nostræ  
futurum est causa salutis & origo iustificatio-  
nis.

III.  
Quid sit  
consum-  
mati pec-  
catum.

Gen. 15. 16  
1. Reg. 20.  
27.

Quæres, qua ratione coadunari possint sum-  
mum peccatum, summaque iustitia? qui fieri po-  
test, vt ex eo quod iniquitas ad vltimum pertin-  
gat punctum, inde iustitia prodeat sempiterna? do sum-  
quis vñquam obscurissimas tenebras luci mari-  
tauit splendidissimæ? quis infinitam bonitatem, copulerit  
malitiæ sociavit infinitæ? quis supremam sa-  
summa-  
pien- iustitiæ.

GGGGGG

pietiam abyssio copulavit ignorantie & ecce patet in Evangelio & notandum qua verborum elegantia nobis hoc Aquila illa. caelestis proponat quomodo & quando ad summum malitiae pervenit culmen, & qua ratione coaluerit & illi adhaerit iustitia nostrumque remedium, deinde qua ratione per peccatum quod ad summum omnium pergit, Deus producat mundi redemptionem. Subtiliter nobis representant qualiter hominum peccatum ad summum ascenderit apicem, & omnem quam potuit, habuerit consummationem: quandoquidem eo devenit, ut Deum ipsum pro tali cognitum occidere determinavit, etiam praemissio operum illius examine, quae cum agnovissent esse divina, ex eadem ipsa ratione in eum mortis inferale tulere decretum: an altius potuit ascendere? per hoc ad summum ascendit malitia fastigium ut illis Christus istumavit: *Implete mensuram Patrum vestrorum.* Patres vestri prophetas, Deique ministros occiderunt: hoc tantum testat ut mensuram impleatis, ut me pariter occidatis, *Multa Iudaei peccaverunt* (inquit D. Chrysostomus) *sed malorum finis tunc erit, cum Dominum suum occiderint.* Et hoc dixit Christus, *Implete mensuram Patrum vestrorum: servos occidistis, addite & herilem sanguinem. Videte quomodo concordat sententia. Christus dixit: implete mensuram Patrum nequitiae; Propheta inquit, domus consumitur delictum.* Ecce peccatum hic in summo nequitiae fastigio constitutum.

*In p. 7. Ps. 7. 10. V. Quid sit consummari nequitiam.*

Hoc opinatur Divus Augustinus apud Davidem vocari peccatum consummari: *Consummatur nequitia peccatorum.* Mantis Deo iniicere est illi vitam auferre: attende ergo, inquit Divus Ioann. quam huic adhaereat atque imatur iustitia; etenim ex hoc & per hoc eduxit Deus aeterni sui consilii decretum ad salutem, redemptionem & humani generis iustificationem. Duo consideres consilia, unum in quoad summum attingit malitia verticem; alterum, in quo sanctitas, bonitas & iustitia eo usque ascendit, quo altius non potest. In hac coniunctione se Divus Ioann. ita mirabilem ostendit sicut in illa, quam posuit in exordio Evangelii sui, ut non minus sit mysterij mortem describere Salvatoris, quam fuerit eius vitam exorare: prologum praemittere vult vitae Redemptoris, ac proinde ut Aquila Regalis altiora petat, atque eo usque alatum attollit remigium, ut (teste Divo Augustino) si vel punctum ascendisset altius totius mundi effugisset oculos intellectu suo per con-

sistorium sanctissimae obambulat Trinitatis, atque Patris aeterni ingreditur intellectum, ibique contemplatur, quid ab eo procedat, quid procedere poterat de intellectu Dei pleno sapientia immesa, in quo est velut in aequali obiecto natura quaedam divina, gloriosa, omnipotens, nisi conceptus huic correspondens. Verbum, Filius purissimus, aeternus, gloriosus, immortalis, omnipotens: *In principio erat verbum; & verbum erat apud Deum, &c.* Et continuo, cum hoc attendisset oculos ad terram defleat, illumque nobis representat nostra carnis vitium inimitati nostrae peccati, mortalitatis, passibilitatis. *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Illum ipsum, qui ibi procedit ab intellectu aeterni Dei aeternus, diuus, immensus, & omnipotens, hic inuete indigum, mortalem, infirmum gemibundum, &c. Itaque coniungit illud, quod reperit in caelo in intellectu Dei, cum illo quod reperit in terra, in carne nostra atque miseris. Bone Deus: quoniam est hac connexio? quae convenientia eius, qui procedit de intellectu Dei cum nostra carnis infirmitate? mirabilis ista coniunctio quae carnos ipsos stupore percellat!

Nunc mortem intendit scribere Salvatoris, & aliam profert visionem, non minus priori prodigiolum: etenim suos declinat oculos, ipsique plenum perambulat summum Sacerdotum & doctorum Hierusalem consilium, atque attentus perpendit, quid ex eorum procedat intellectu. Est in illo supina ignorantia, suprema malitia, mortalis invidia, rartarea iniustitia: quid inde credis emanaturum nisi monstruosum filium fatuum, perversum, iniustum, execrandum, talem, inquam execrandam contra Deum sententiam qua morti subicitur. Huius consilij Doctores & Praesides Christi trutinant opera, miracula discutunt, vitam examinant & ea esse divina reperiunt, ipsumque dignum, quem ut Deum & Messiam acceptent: & nihilominus talis emanat sententia, ut moriatur. talis de tali Patre Filius: porro ilico videbis aquilam caelestem sursum ascendentem ac caelestia petentem: vbi nobis eundem filium describit divinum, sanctum, sapientem, atque ab ipsa bonitate, misericordia, Deique sapientia procedentem. Quoniam est ista coniunctio? Proponit nobis qualiter hoc decretum execrandum procedat de intellectu eorum, qui huic praedebant Concilio in Hierusalem, quo Christi necem intendebant & propositis varijs sine ratione ratio-

nibus

nibus prodit & nascitur vt filius huius proprius, illa sententia. Expedi vobis, vt vnus moriatur homo &c. Et illico caelum petit, & nobis ibidem illud ipsum ostendit decretum proprietatibus vere celestibus; nempe quod sanctum sit iustum, misericors; Deiq; gloria: convenientissimum: Hoc autem a semetipso non dixit, sed eum esset Pontifex, &c.

VII. Proposuit Deus Iob vnionem quandam quasi Christum impossibilem; atq; illi: eia Iob, qui tantum admirabile extollis, experiamur vtrum coniungere valeas septem illas stellas Pleiadas; sic vt vna alteri, atque inter se connectantur? Nunquid coniungere valebis inuicem stellas Pleiadas? &c. Non potero Domine mi: non enim vires meae ad caelum vsq;e pertingunt, nec manus mihi est, Iob. 32. 31. Ad. 1. 16.

3 p. 7. I. 101. 3.

qua stellas istas colligam comprimam & coniungam. Illud autem efficias tu Domine: iam enim tuus te vidit charissimus discipulus Ioannes habentem in manu septem stellas de quibus efficere quilibet tibi liceat, & manum constringendo illas; coadunare. Praclarum quid effecit Deus in mysterio suae venerabilis Incarnationis: duo ita distantia coniungens, gloriam & penam, mortem & vitam, diuitias & paupertatem. Porro tandem, fuit hoc coniungere stellas; quia omnia haec continent boni rationem, vt declarat Diuus Thomas. Quamuis humanitas, paupertas, poena, & ipsa mors sit quid ita a Deo alienum, non tamen Deum ex toto dedecet, inquit Diuus Thomas, quia bona potest esse humanitas, bona paupertas, bona mors, & instrumentum, quo tradito Dei manibus, diuina potest eius bonitas & omnipotentia operari cum illo, non inferiores in ordine ad gratiam influentias, quam cum stellis in ordine naturae. Porro altera comexio, summae bonitatis cum summa malitia, caelestis sapientiae cum supina ignorantia, supremae iniustitiae cum suprema iustitia a quo facienda creditur? quis illam efficiet? Diuus Ioannes hoc agit in Euangelio. Duo nobis proponit concilia, & in ambobus idem concluditur decretum: quia in vno mandatur executioni, quod determinatur in altero & nihilominus secundum quod ex vno procedit, summam spirat iniustitiam; ignorantiam, malitiam, ruinam. Secundum vero quod ab altero procedit, summa laudatur esse iustitia, sapientia, bonitas, & saluatio. Hanc vnionem perpendamus, & inueniemus, quam iuste possimus nos admirari tantam ignorantiam, tantam

que malitiam & tam horrendam dire deuote proditionem ab hoc vno intentatam: & etiam habeamus quod nos rapiat in summam admirationem, eminentem nempe pendere sapientiam & adorandam illam infinitam bonitatem, quo debitas pro tam ineffabili beneficio ac misericordia reddamus gratiarum actiones quam decreuit illud caeleste concilium.

§. 2. Collegerunt ergo Pontifices & Pharisaei &c. Pesima nequitia, qua potuit inueniri, fuit illa, in quam illi delapsi sunt, dum concilium conuocant, quo Deum interficiant.

Equamur Euangelistam: etenim primo concilium attendit Hierosolymis celebratum, illudque ita subtiliter expendit, vt ostendat impletum illud, quod Angelus Danieli dixit, quod scilicet malitia & peccatum consummaretur, atque ad summum ascenderet nequitiae verticem. Collegerunt ergo Pontifices & Pharisaei concilium contra Iesum. Aduerbium illud, Ergo, nota est conclusionis: q. d. in conclusione nequitiarum & peccatorum culmine. Verum est quod multa contra Christi personam peccata commiserint: etenim illi detraxerunt. Calumniam sunt, capere voluerunt, lapidibus obruere conati sunt: porro nunc ad vltimum peruenierunt, quo non dabatur ulterius: collegerunt enim concilium in eius vite detrimentum. Quanam sese non obtulerunt Diuo Ioanni haec scribenti, conantique dicere, quam haec fuerit suprema peruersitas? Non dubito, quia illi occurrerit illud Spiritus sancti. Qui operatur odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius in concilio. Quando quis malum alteri machinatur nec per se solum hoc praesumat attentare, nec omnino mentis aperte propositum, si concilio interficere cum alijs eiusdem farinae hominibus, ex aliorum societate vires assumens & audaciam, hoc eorum fulcro animosus venenum effundit: non audebant ex integro flagrones illi seiplos declarare Christo inimicos: etenim & ipsum & populum verebantur: vnde mille fictionibus & vulpinis fraudibus circuibant: nunc autem in concilio conuenientes, & omnes eiusdem cum sint intentionis, vnus alterum excitat, animum ingerit & cordis sui venenum aperit absconditum, Ceterum quid aliud multo subli-

Multa hic Di. Ioanni occurrunt. Prou. 26. 26.

G g g g g g t m i u s



II. Primario tamen admiratio Dauid. *minis illi opinor occurrisse, scilicet illud Dauidici: die quodam spiritu prophetico conspexit Dauid inimicos Dei fastu Superbos, & peruersis dissentis cogitationibus: vnde ad Deum recurrit: heu Domine mi, qui fieri potest vt subiteas: quomodo sic iunctis manibus otia- ris? Ne sagias, neque compelearis Deus. Eia Domini mi, nihil ultra hic expectandum, iam nulla datur patientia, quæ tanta perferat & dissimulet, quanta contra te tui moliantur inimici & iam ad ultimum peruenit impudentia fastidium. Quid agunt Rex Sanctissime? Super populum tuum malignauerunt concilium, & cogitauerunt aduersus Sanctos tuos dixerunt: venite & disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel ultra. Heu, Domine mi, vnanimes conspirarunt omnes: & Sanctos tuos de terra tollere decreuerunt. O Dauid an hoc tibi videtur malum esse omnium maximum? à vero abetras: aliud enim sapere est, idque peius infinites: aliam vidit abyssum malitiæ Diuus Ioannes multo absque comparatione profundiorum. An tantum tibi videtur esse crimen contra Dei ministros eosque Sanctos cogere concilium, atque de auferenda illis vita detriminare? quantum foret illud, si contra ipsum Deum concilium indiceretur? contra istorum Dominum Sanctorum? illud factum considera in Hierusalem: Collegerunt Pontifices & Pharisei concilium contra Iesum. Itaque nunc ad vsque vltimum ascendit peccati malitia. Plura committi possunt in ciuitate in Regem crimina: illius contemnete mandata, leges præuaricari, eius dignitati detrahere, ministros aspernari, Regisque vicarios occidere. Porro quando iam eo vsque res deueniret, vt concilium cogerent directè contra Regem, quo vitam illi auferrent: regno priuarent & imperio: hic dicendum esset: non plus vltra Grauiam commiserunt in Deum scelera Iudæi etenim eius legem transgressi sunt, & mandata præuaricati: Dereliquerunt Dominum blasphema- uerunt sanctum Israel, ab alienati sunt retrosum: sic Isaias. Adhuc grauiora possunt committere. Quænam? illud quod Dauid ait: seruos illius persequi eiusque ministros occidere; iam hoc videtur esse summum omnium. Olim teste Spiritu sancto: graniter Deus in populum suum non toleranda eius crimina commouebatur: adorabant enim idola, prophani erant & inhonesti innumeris scatebant vitijs vita vivebant. Gentilium: Præuaricati sunt iniquè iuxta vniuersas abominaciones gentium: malo huic occurrere vo-*

luit Deus, suos illi ministros mittens & prophetas: populus autem in eos pertinax insurrexit. Loquitur Deus: hucine tandem peruenire? nihil ultra expectandum? Mittelat Dominus Deus 2. Par. 36. Patrum suorum ad illos per manum nuntiorum suorum, &c. eo quod parceret populo & habitaculo suo: At illi subsannabant nuntios Dei, & parui pendebant sermones eius, illud bacit. Prophetis donec ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio.

O Domine, enorme est hoc peccatum, verumtamen ad sit supremum: Collegerunt concilium contra Iesum. Contra ipsum Deum vt talem ex operibus suis cogitum atque in eodem ipso concilio exactè examinatis: ita nunc: Consummata est præuaricatio. An Salomon in lib. sapien- tiæ declarans, in quam profundam labantur homines abyssum, quando plenam illis Deus agendi permissit libertatem, lucemque suam subtrahit diuinam: etenim vt Deos venerantur stiptes, lapides, lacertos; &c. postquam autem de profunda hac egit abominationum abyssum, eius tanti mali alligiat rationem: Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. & de his qua videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est; neque operibus attendentes agnouerunt quis esset artifex: sed aut ignem, aut spiritum, &c. aut solem, aut lunam retores orbis terrarum, Deos putauerunt. Adverbium illud. Autem in Graeco causale est: Enim, scire desideras vnde tanta procedat abominatio? ex eo quod vana sunt hominum iudicia: si Deus eos nequaquam illuminet quolibet exurgente vento confestum rapitur, atque in tantam labantur amentiam, velut vana foliorum congeries, quæ quaqua uersum circumagitur, nec scis quo, vel quomodo rapiatur. Vtinam nos Deus illuminet: hanc illis Deus lucem abstulit in scelorum pœnam, quibus diuinam eius offenderunt maiestatem: cum enim illis admiranda sua monstrasset opera: Celos illos, stellas, aquas, terras, aëtes, pisces: ortos suos in illa descedere contemplerunt: proinde, cum ita sit, quod ex illis eum agnoscere potuerint nedum illam non agnouerunt, sed eo spreto, Deo: creauerunt sibi, & coluerunt sclem, ignem, lunam, aëtem, quibus Deo debitum honorem cultumque detulerunt. O nequitiam execrandam!

Et aliam tibi monstrabo longè nequiorè, si namque illi oculos suos in Dei opera reflexissent, eaque discussissent, illum ex illis deo præclaris cognouissent: etenim hinc liquidò consta-

IV. Gentiliū error circa idola.

Sap. 13. 1.

constaret Deum operum horum esse condito-  
rem : si tamen postquam eum agnouissent , in  
vnum conuenirent illi bellum illatori vitamque  
ablaturi , nemo negat futuram hanc nequitiam  
supremā & longē sceleratiorē. Hæc est illa Pha-  
risæorum nefanda perversitas , sua Christus Do-  
minus eis ostendit opera , illa vident , illa discen-  
tium , illa cognoscunt atque ex illis eum Mes-  
siam esse , imo veri Dei Filium inesse gunt , præ-  
habita tamen hac cognitione conspirant in eum ,  
& coacto concilio necem illi machinantur . An  
quid simile potest huic comparari ? expendit  
Diuus Paulus Philosophorum nequitiam , ob  
quam merito Deos illos vsque ad internecio-  
nem deleret , ac permitteret in tam immen-  
sam cortuere abyssum qualem ipse Paulus re-  
presensat . In quo precor , hæc tanta eorum ini-  
quitas in eo quod illis sua Deus opera mani-  
festat in mundo visibilia : illi verò Deum ex il-  
lis agnoscentes , non pro debito coluerunt , non  
adorarunt , non glorificauerunt , sed suarum cogi-  
tationum vanitati seruierunt , & quolibet rapti  
turbine ad lippitiam , lapidum , serpentum & dia-  
conum lapsi sunt adorationem . *Qui enim Deum  
cognouissent non sicut Deum glorificauerunt , aut  
gratias egerunt , sed euasuerunt in cogitationibus  
suis Deum ex operibus suis cognouerunt : inui-  
ti sunt enim calum cum suis motibus , so-  
lem hunc sua luce splendidum , stellas suis aspe-  
ctibus admirandas , terram suis fructibus fecun-  
dam , agnitiuum tamen minime coluerunt : qua de  
causa Deus illos in reprobam sententiam tradidit  
perituros .*

Quid ageret si Deum agnoscentes in illum  
conspirarent , quo contumelijs afficerent & neci  
traderent ignominiosa , & de facto traderent  
eumque occiderent : tale nunquam propositum ,  
aut cogitatio illis venit in mentem , sed nec ho-  
mini quo mundus non tulit nequitiem . De hoc  
crimine rei conuincuntur Pharisæi : cum enim  
Deus venisset in mundum , atque per opera sua ,  
& miracula se manifestasset & quidem talia , ut  
ipsi spectatores ita obstupescerent , ut fatari cog-  
erentur . *Hic homo multa signa facit , eumque  
clare cognitiuum , nedum non honorarint , non re-  
ceperunt , non glorificauerunt ut Deum & Mes-  
siam : sed insuper eo momento quo de hoc ipso  
agere statuerunt : concilium conuocant contra  
ipsum , quo vitam illi adimant & ipsum decre-  
tum mandant executioni ; sicut agricola (dicunt  
Diu. Chrysostomus Diu. Hieronymus . Et Be-  
da quos refert Diu. Thomas ) qui verè cog-  
nouerunt Filium Patris familias & dixerunt :*

*Hic est heres : aque in ipso momento delibe-  
rant eiusque necem determinant . Hæc est , ita  
hæc est suprema malitia , qua altius ascende-  
re non potest , nec esse nequior , quam cogito  
concilium contra Filium Dei cognitum & ma-  
nifestatum , atque in eum iniustam mortis sente-  
ntiam .*

Opinatur D. Augustin. à Danid miseris illos , *In ps. 52.  
eorumque describi concilium : Dixit insipiens in psal. 52. 3.  
corde suo non est Deus . Stulti & omnis impotes  
sapientia : hoc eorum fuit decretum , ut cum pro  
Deo non reciperent . Ortum est hoc decretum VI.  
ex nimia qua cor eorum implebatur iniquitate : Iudæorum  
Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs timor  
suis omnes declinauerunt simul inuiles facti sunt præpos-  
tibi trepidauerunt timore tibi non erat timor . Hæc rus.*

est peccatorum amentia : cum enim timere de-  
berent , ne Deum perderent : non hoc veriti sunt ,  
& cum iacturam timere non deberent tempo-  
ralem , hæc est quam tantopere reformidant . Hæc  
quanta mentis insipientia ? *illi qui Christo dix-  
erunt : non est Deus , ibi timere , ubi non est timor .  
dixerunt enim : si dimittimus eum sic venient Ro-  
mani & tolle locum nostrum , & regnum . O stul-  
ticia & imprudencia ? dicens in corde suo non est  
Deus , timuisti perdere terram & perdidisti calum :  
timuisti ne veniret Romani & tolleat tibi locum ,  
& gentem : nunquid tibi tolleat Deus quid ergo  
restat nisi ut faceris quia tenere voluisti . Et tene-  
do male amisti ? perdidisti enim & locum & gen-  
tem Christum occidendo , & perdidisti locum & gen-  
tem & Christum .* Prosequitur D. August. probans  
qualiter multorum hoc sit incommodum , quod  
timeant : Iud quod timere non debent , & non  
timeant quod illis est timendum : sic Pharisæi  
contigit : veretur enim loci sui & gentis incur-  
rere iacturam : non enim suberat ratio hanc ti-  
mendi iacturam : & hoc ipsum perdere , & Chri-  
stum perdere non formidarunt illum occiden-  
tes : hoc enim est , quod super omnia ipsi timere  
debuissent .

§. 3. Collegerunt concilium , &c. *In hoc  
concilio tota creatura inter fuit malitia , nedum  
hominum , sed etiam demonum omnium :  
ibidem enim a dicitur .*

**P**eccatum est hoc . et non sufficit , licet tota  
conspiceret hominum nequitia , non solum  
ut illud mander executioni , sed nec qui-  
dem imaginetur , sed exclusum fuit , ad hoc  
G g g g g g g g con

V.  
Huic  
præfertur  
Iudæorum  
peruersitas.

Rom. 1. 21

50. 9. 47.  
77. 5. 54. 1

D. Avon.  
In ps. 52.  
Tom. 8.

6 2



I. concurrente tota Satanae omnique inferni malitia. Habet in se terra principia corruptionis: vnde ex ea ipsa mille procedunt reptilia ex ipsa putrefactione generata: scilicet aranea, mulca, crabrones, butones, ranæ, vermesque fortissimè: veruntamen ad productionem venenosi alicuius animalis grandioris, nempe serpentis, viperæ seu Basilisci, ad hoc vires terræ non sufficiunt: nec ipsa sola potest eiusdem corruptio tale generare monstrum, nisi animal eiusdem speciei ex suis visceribus illi semen iniiciat, velut serpens, vipera siue basiliscus. Verum dixit Dignus Thomas doctrinam secutus Origenis, quem ipse citat: quod nostræ naturæ tellus corrupta sit & deprauata: quocirca ex ea ipsa mille enascuntur reptilia, & communium vermes peccatorum, impudicitia, bilis, iracundia, vindicta: peccatorum (inquit Origenes) eorum quæ, quamuis nullus adesset dæmon, qui moueret, ex ipsa nostræ carnis nascerentur infectio. *Manus. Ita sunt opera carnis, quæ sunt immunditia, ira, rixa, contentiones:* hanc optimè noverat Apostolus corruptionem, & re ipsa sentiebat, qualiter ex ea motus nascerentur ad talium reptilium productionem *Non est in carne mea bonum: video aliam legem in membris meis, &c.* Et quis agit hoc? iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Motus illos inordinatos non ego ex libera mea voluntate & deliberatione produco, sed de ipsa nascuntur concupiscentia, quam appellat peccatum: quia ex ipsa nascitur impulsus ille & in motus te pettrahens ad illicita. *Concupiscentia parit peccatum:* inquit Dignus Iacobus: malos & inordinatos ex se pignit illa motus; vnde feruenter optabat Apostolus ab illa se carnis corruptione liberari. *Infelix ego homo, quis me liberabis de corpore mortis huius?* Porro grauiora peccata & nequitia ceteris enormiores, velut odium Dei, velle contra Deum insurgere; peccata adeo nefanda vt producantur, nostræ non sufficit carnis & naturæ corruptio, sed semen requiritur malitiæ: quæ sit ipsa humana superior nempe diaboli. Hæc aduertit Euangelista Dignus Iohannes. Quando de scelere illo agit quod in corde Iudæ pullulabat de vendendo & tradendo Christum, sic ait: *Cum diabolus iam misisset in eor:* natus est de corde illo Iudæ hic basiliscus: sed in ipso solo nulla erat sufficiens malitia ad illud tantum facinus, sed in illud semen suum misit infernalis ille basiliscus, nempe satanas, atque ex eo enatum est adeo fatale monstrum.

II. Ex natura nostra corrupta leuiora procedunt peccata, non autem grauiora. *Gal. 5. 19. Ro. 7. 12. 19. 20.*

III. Constat in peccato Iudæ. *Ioan. 13. 2.*

Idem modo dicendum, quinimo vt subtiliter expendit Abbas Rupertus idem Christus explicitè declarauerat, illis locutus consiliarijs, quando illis aperuit, quod corde suo conceperat; mortem scilicet Saluatoris. Ille filius inquit Dominus, de sola vestra non nascitur malitia: nam tota humana ad illud non sufficeret: nam odio habere eum, à quo quis diligitur: toto studio eius necem moliri, qui omnia sua studia ad illius confert beneficium, eum velle occidere, qui vita est, nascitur ex ipsa diaboli nequitia *Vos Ioan. 9. 44. ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Illo homicida erat ab initio.* Filij estis Iudæ. Item in diaboli in operibus vestris, hæc de sola cordis vestri nequaquam oriuntur malitia, partem agnoscunt, nempe diabolum: ille namque cordibus vestris suæ semen iniicit malitiæ. Malitia fuit Luciferi, me exhorrescere, me delere velle: nam, vt Reperto credimus, dum Deus Angelos creauit, eorum intellectibus filium suum obiecit vnguentum, factum hominem, præcipiens vt illum adorarent: tunc autem refractarius Lucifer, & superbia pertinax eum adorare recusauit: ex illa erga nascitur inuidia forens & mortale odium, quo contempsit illum, execratus est, & occidere desiderauit. De corde autem creatur: nata est hæc malitia & superbia cogitatio: vt cum erat Lucifer ceteris omnibus pulchritudine, nobilitate, donisque præcellens atque eius intellectus, & voluntas, ac potentia superiores totam creatam præcurrerent naturam, na nulli fuit nequitia inferior.

Idem modo dicendum, quinimo vt subtiliter expendit Abbas Rupertus idem Christus explicitè declarauerat, illis locutus consiliarijs, quando illis aperuit, quod corde suo conceperat; mortem scilicet Saluatoris. Ille filius inquit Dominus, de sola vestra non nascitur malitia: nam tota humana ad illud non sufficeret: nam odio habere eum, à quo quis diligitur: toto studio eius necem moliri, qui omnia sua studia ad illius confert beneficium, eum velle occidere, qui vita est, nascitur ex ipsa diaboli nequitia *Vos Ioan. 9. 44. ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Illo homicida erat ab initio.* Filij estis Iudæ. Item in diaboli in operibus vestris, hæc de sola cordis vestri nequaquam oriuntur malitia, partem agnoscunt, nempe diabolum: ille namque cordibus vestris suæ semen iniicit malitiæ. Malitia fuit Luciferi, me exhorrescere, me delere velle: nam, vt Reperto credimus, dum Deus Angelos creauit, eorum intellectibus filium suum obiecit vnguentum, factum hominem, præcipiens vt illum adorarent: tunc autem refractarius Lucifer, & superbia pertinax eum adorare recusauit: ex illa erga nascitur inuidia forens & mortale odium, quo contempsit illum, execratus est, & occidere desiderauit. De corde autem creatur: nata est hæc malitia & superbia cogitatio: vt cum erat Lucifer ceteris omnibus pulchritudine, nobilitate, donisque præcellens atque eius intellectus, & voluntas, ac potentia superiores totam creatam præcurrerent naturam, na nulli fuit nequitia inferior.

Hic ille draco tartareus, inquit Christus hanc concepit mente cogitationem: etenim nulla minor quam diabolica requirebatur iniquitas: nam hæc erat omnium suprema, qua se erigeret & occidere determinaret ipsum Deum clarè cognitum, & manifestatum, & ipse hoc malitiæ semen cordibus vestris infudit: vnde idem agit, & cum illo desideratis. *Desideria eius vultis facere:* hoc hodie perficiunt: nam consummare gestiunt diaboli desideria, eaque mandare executioni: quia Deum publicè manifestum occidendi desiderium, desiderium est omni malitia humana longe superius. *Desiderium eius.* Desideria nata sunt ex Satanae malitia: quocirca imaginari debemus quod in isto concilio, non solum conuenerint Pharisei & Pontifices sed omnis peruersa tartari potestas, & malitia: Lucifer insignioribus suis associatus ducibus & innumeris dæmonum legionibus, ita vt intelligamus

in hoc consistorio Ierusalem coadunatum fuisse omnem malitiam non solum mundi sed & inferni, nedum hominum, sed & demonum omnium.

centes: *Conuenerunt uere in ciuitate ista Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus & populo Israel.* Nunc igitur Propheta sanctissime, quærit Dignus Chrysolomus, ubinam tu cernis terræ Reges: cum Dignus Petrus non nisi unum commemoret, scilicet Herodem? ubinam plures tu principes numerasti: cum non nisi unus inueniatur Pontius scilicet Pilatus: num Herodes, reges? num Pilatus, Principes? Notandum inquit Dauid, quod quamuis illi soli corporeis videantur oculis, ego tamen spiritalibus mihænos, detexi Reges, & principes: quia cum Rege Herode demones omnes annuera, & cum principe Pilato, principes omnes comprehendere tenebrarum. *Cum Rege Herode peccati quoque regem diabolum Apostoli ostenderunt: & cum principe Pilato demonum potestates, & principatus, qui regnant per peccatum dicent. Apostolo: non regnet peccatum in uestro mortali corpore.*

Prosequitur hunc conceptum Dignus Chrysolomus: si enim rem consideremus, quinque colliguntur reges in Christum conspirantes: diabolus, mors, peccatum, Herodes, innocentium homicida, & Herodes eius filius, qui tempore passionis Dominicæ in Ierusalem aduenerat: omnes illi in sacris litteris uocantur reges. Christus diabolum apertè regem inscribit, quando eiecit daemone, supponit quod in illo esset, uelut in regno suo: unde in eadem conuentione de hac materia hanc prosequitur rationem. *Omne regnum in se diuisum, &c. quomodo stabit regnum eius? cum eius regnum dicit, cum dicit regem ostendit. De morte dixit Apostolus. Regnauit mors ab Adam, Rom. 5. 14. &c. de peccato idem testatur Apostolus: Non regnet peccatum in uestro mortali corpore. Priorem Herodem aperte Dignus Matthæus & Dignus Lucas Regem appellarunt. *Matth. 2. In diebus Herodis Regis: audient Herodes Rex, 1. 3. &c. Eius filium Herodem miserit Dignus Luc. 1. 5. Marcus Regem: Audient Herodes Rex famam Marc. 4. 16.**

Omnes illi Reges terræ conuenerunt contra Regem cali, aduersus Deum &c. omnes illi bellum mouerunt arma punita procedente ipso Herode quamprimum natus in mundum prodijt, facinus illud medians infernale tantam infantium cadem: quatenus Christum occideret sed uane fuere eius cogitationes, & conatus huius medians est inania. Sed qui conatum profecutus est audentiori, & proposito perstitit obstinatiori, princeps fuit huius mundi, daemone.

7. Censuit Dignus Chrysolomus hoc Dauid aperte cecidisse, cui Deus clare hæc mysteria reuelauit. Pfalterium suum inchoat à Christo, quem ut finem & obiectum suarum habebat & curarum & cogitationum perpetuum: quem nobis primo Psalmo describit, ex opinione sanctorum Patrum. *Beatus uir, qui non abiit in consilio impiorum, &c. sed in lege Domini suis uoluntas eius, &c. & erit tanquam lignum, &c. & solum eius non deficiet. &c. Christus à primordio conceptionis suæ beatus fuit, atque idcirco in sacris litteris uir uocatur perfectus. Beatus uir, qui nunquam fecit, aut uoluit quidquam mali. Fuit ut arbor uita: quidquid enim produxit, ea produxit intentione, ut per illud uitam infunderet: imo & ipsa folia salutem conferebant. Hic Dauid totam Christi proposuit sibi uitam, qui nihil aliud egit, quam illis & illis eandem largiri secundum utrumque hominem, usque ad ipsam salutem, quæ erat uelut quoddam arboris solum: hæc etenim cæco uisum, seruo auditum, & muto præstitit loquendi facultatem.*

Et modo Christum considerans & non parum exultans, quod eum uideat adeo pulchrum, formosum, sanctum, cunctisque salutarem, oculos suos conuertit ad Ierusalem, & hodiernum intuetur concilium, audit Principes, Sacerdotes, & Doctores contra Christum infrementes, in unum conspirantes, ut eum neci tradant. Stupet attonitus & secundum oritur Psalmm: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Affecerunt Reges terra, & Principes conuenerunt in unum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. An ergo fieri posse quis credat contra talem uirum, in sicuti tale conciliabulum? & qua de causa inquit Dauid? quamobrem illum exhortauerunt? cuius est homicidij reus? cuius uirginis polluit integritatem? An non cæcis restituit oculos, claudis gressum, leprosis mundiciem, cibum famelicis, uitamque mortuis? quare ergo? estne possibile, quod in unum conuenerint contra eum gentes, populi, Reges, ac Principes? quoniam sunt isti? illos exposuit sacrum eloquium ore summi Pontificis Petri aliorumque Apostolorum: quando hanc proferebat Dauidis prophetiam, illam iasserunt esse completam, di-*

VI. Quam sint hi Reges & Principes aduersarij Christi.

Ab. 4. 27.

dæmonem intelligo: timebat enim, quod si Christus viveret, regnum suum euerteret eumque illo expelleret, idcirco hoc unum intendit: Principes conueniunt in unum. Quod si contra pauperculum hominem, de quo sibi timere non debebat

Matt. 9. 9.  
Luc. 8. 30.

Satan, legionem adiecit dæmoniorum, ut testantur Euangelistæ: constabat autem sex millibus sexcentis sexaginta sex; quamagitur cohortem & legionem constaret ex omnibus principibus, & inferni potentibus Christum oppugnantibus itaque conuenerunt illis se adiunxit socium Lucifer enim omnibus inferni principibus, & tota turba dæmoniorum: unde tota residebat ibi tartari malitia: Quocirca sciendum ex Diuo Chryostomo quod ex illo tempore, quo Christus quadraginta diebus & noctibus ieiunauit in deserto & diabolum tertio superauit, nec non patuo tunc timore percelleretur, atque arena victus cederet, modico tamen tantum tempore secessit, ut ait

Luc. 4. 13.

Diuus Lucas. *Secessit usque ad tempus*: occasionem explorans tempusque opportunum: quo rursus illum impeteret: nunc autem ut vidit in hoc concilio conuenire illos, qui ministri sui erant & actores, ipse tota sua serox accurret potentia & malitia, ipse est qui regit, qui moderatur, qui præsidet huic concilio.

Ho. 41. in Iosue. VIII. Iosue figura Christi.

Conuenit hæc Diui Chryostomi consideratio alteri satis ingeniosè Origenis super historiam Iosue. Prælio decertauit dux ille inuictissimus, in quo potestatem fregit vilissima. Illus plebecula Chanansorum Sibi timuit Iabin Rex Azor ducis illius generosi potentiam agnoscentis unde medico tempore se subduxit & studiosè expectat in varias mentem versans cogitationes, utrum occasionem inueniret opportunam, qua Iosue bello molestaret: cumque iam suo iudicio haberet optimam, cunctos aduocat reges & principes regionis illius Iorab Regem Amorthæorum, Regem Semeron, Regem Achsaph, aliosque plures cum omnibus populis suis tam montanis quam campestribus & maritimis: quocirca castra metati sunt plures numero Reges & principes cum populo, qui multitudine maris arenas vincere velle videbantur. Cum vero cernerent Iosue ad aquas Merom accedentem, vnanimes omnes illum aggrediuntur iunctis sibi cunctis terræ legionibus: unde

Iosue 12.

sacra pagina sic scribit. *Egressi sunt omnes cum turmis suis populus multus nimis, sicut arena que est in litore maris, equi quoque & currus immensa multitudo, conueniuntque omnes Reges in*

*unum ad aquas Merom.*

Admirabile hic panditur mysterium, inquit Origenes: nouimus enim Iosue Christum præfigurasse, etiam in ipso nomine: Christus Regem Iabin perterruit, nempe Luciferum: quando illum in deserto prostrauit, victus cessit sed à peruersis suis non recessit cogitationibus, quinimo fortius illas redintegrauit, cunctos sibi principes associans tenebrarum, atque ad aquas Merom reledit, id est amaras, tempore scilicet passionis, quam Christos in Ierusalem pateretur. Hic Iosue cum illis vires adunauit scilicet principibus & Phariseis: vrget autem ut in concilium conueniant, hic omnes suas adducit copias cum illis: itaque in Consistorio Ierusalem tota continebatur terræ malitia, totaque inferni nequitia, atque hinc tale processit peccatum, quod fuit omnium supremum, & ad omnem possibilem ascendit verticem, mortem decernendo Saluatoris. Ecce completum illud quod Angelus Danieli prædicit: quod scilicet peccatum & præuaricato consummaretur, id est ad eum gradum malitiæ perueniret quò scindere non posset ad altiorem.

§. 4. Collegerunt Pontifices & Pharisei &c. Optime descripsit Pontifices illos & Phariseos, Iacob in duobus filiis suis Simeon & Leui, ex quibus illi descendebant.

Eleganter consiliarios illos descripsit Patriarcha Iacob: etenim illos agnoscebat ut filios suos, & malitiam peccati eorum atque gravitatem perspiciebat, nec enim latebat calamitas & supplicium miseris illis aliquando superuenturum. Locus hic est communis, verum adeo mysteriosus, ut quæcumque ad illum dicantur expositionem, plura tamen supersint enarranda hunc singulariter exposuit D. Cyrillus cuius vestigijs insitemus. Ad vltimam properans Patriarcha metam, coram se filios suos conuocat, illis ut aiebat, paternam impertiturus benedictionem, & quæ singulis essent postmodum euentura annuntiat. *Congregamini, ut annuntiem vobis quæ uentura sunt vobis in nouissimis diebus.* Vocat ad se Ruben primogenitum, & singulos separatim: vterum Simeon & Leui conuocatum citat, & præcites sic affatur: *heu mihi, filij mei Simeon & Leui fratres, uasa iniquitatis bellantia, in concilio eorum non ueniat anima mea & in castris illorum*

8

Lib. 10. de adorat. in spirit.

Gen. 4. 1.

illorum non sit gloria mea: quia in furoris suo ceciderunt virtus, & in voluntate sua suffoderunt murum. Communis habet opinio sermone hic fieri eius, quod duo illi fratres egerunt contra filium Regis Sichimorum in vltionem illata: fortis fax Dine ignominie. Verumtamen hoc licet ita sit, aliquid tamen amplius eum D. Cyrillo hic expendamus.

I. Primum quia illud tum temporis ab ipsis commissum, non tam graue culpatum fuisse peccatum: quandoquidem ipsa fortissima Iudith ex parte illud excuset, atque zelum eorum fuisse bonum ac sanctum, quodque Deus eis gladium tradiderit ad tanti criminis expetendam vltionem. Domine Deus Patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium, &c. qui zelauerunt zelum tuum.

Secundum: quia Iacob non eos conuocauit, vt prætoria illis solummodo indicaret: imo precipuum erat, vt futura denuntiaret. Quae ventura sunt vobis. Tertia quia dicit se illis praedicturum, quae ventura forent in nouissimis diebus. Et certo constat quod in S. litteris hoc nomine communiter exponatur. tempus Christi Saluatoris: iuxta illud quod ipse Christus de Patre suo locutus est. Nouissime misi filium suum: & Apostol. Paulus. Nouissime locutus est nobis in filio. Hic suppositio, hoc principaliter illis intendebat significare, quod tempore Christi futurum praedicebat.

Quid plura? Diuus Gregorius hanc statum regulam illorum Patriarchatum quod Iacob filios suos in conspectu suo constituit, videbatur quidem ad praesentes verba sua dirigere, sed non tam illos, quam eorum nepotes designabat quorum opera iam inde luce prophetica clarissime praedicebat. In praeterea illa propheta, cum Iacob Patriarcha benediceret filijs suis, praesentes tangens, futura prospiciens, &c. Sic Diuus Augustinus. vnicui verbo haec Iacob explicat prophetiam.

Vnde colligit quod verba Iacob dicta filio suo Benjamin, non tam ipsum tangere, quam quod euenturum erat in diebus Christi Apostolo Paulo, qui ex Benjamin ductus erat originem. Similiter quod dixit Simeon & Levi non de illis intelletit, sed de eo, quod futurum erat in eorum filijs in diebus Christi nouissimis: nemo negat Pontifices nepotes fuisse Levi per Aaronem, Pharisaei, licet ex omnibus possent esse tribubus, tamen eorum secta principum habuit ex quodam nepote Simeonis, vt asserit D. Thomas, & Thargum Ierosol. magnae vir auctoritatis hanc explicans locum D. Hieronymi. arbitratum Hieron. Bap. de Lanuua, Tom. III.

II. Pontifices & Pharisaei erant nepotes Simeon & Levi.

quod descenderint de quodam Semei. & septuaginta de Simeon. Hoc praebato, in Levi & Simeon vidit sanctissimus Patriarcha Pontifices & Pharisaeos filios suos, & descendentes. Hos simul conuocat: quia praedicebat hanc vltionem, de qua hic Euangelista. Collegerunt Pontifices & Pharisaei concilium. Quinimo haec de causa illos appellat fratres. An ergo alij fratres non erant? erant vtique: sed illi se associarunt contra Christum, atque de his & illis constat est concilium Christo aduersarium. Vah proditores, ait Iacob: Simeon & Levi vasa iniquitatis bellantis. En qualiter ad bella procedant. Videntur esse pacifici pacem intendere, & reipublicae commodum. Collegerunt concilium: quasi dicat: fuit concilium quoddam praemeditatum. Quia concilium illud certo die indixerunt generale, ad quod conuocarunt Patres omnes consiliarios, interius & externos, in villis & locis circumvicinis hoc intimarunt, quod liquidò constaret negotium hoc magna prudentia & prauiua fuisse meditatione conceptum, nec praecipiti, quod statuum erat, concilio desinitum. Quis illos videat suis vestitus phylacterijs, & simebrjs cereuleis ornates quasi qui praeter caelum nihil aliud mente voluerent, & corde diligenter. Erant haec phylacteria inter oculos velut quaedam scedula ex pergamento, in quibus Dei Lex scripta gerebatur, vt intelligeretur, quod illam solam pra oculis haberent: hic se suspensum animo & cogitandum agebat, & occurrentibus dicebat: Domine mihi commenda nos Domino Deo, vt prudenter agamus: est enim negotium, a quo salus omnis nostra dependet; vidisses alium oculos ad caelum attollentem, atque ex imo corde suspitantem, adstantes alloquentem: Deus nos illuminet in re adeo graui quam modo pra manibus habemus: alterum licebat videre prodeuntem macie confectum, quasi stricta se abstinentia macerasset, vt Deus huic adesset concilio consiliarius.

Vident illos? inquit Iacob, videntur praeferte pacem, sed hoc tibi notum sit eos non nisi bella moliri, saeuissima, instrumenta esse diaboli, vt illis Christum atrocius impugnet. Vasa iniquitatis bellantis. Gladius conficitur ex duobus ferro & chalybe, nam vnumquodque per se non sufficeret: quia ferrum aciem non habet nec chalybis soliditatem sed illico dirumpitur; iungatur igitur ferri efficacia, cum chalybis acie. Habes hic gladium Satanæ, Pontifices & Pharisaeos: pollebant potestare: erant etenim principes populi eiusque rectores, Phari

In cap. 16 Gen. In cap. 7. I. sa. & ep. ad Algas. & in c. 12 Zach. 12. III. Discutiuntur hoc Iudaeorum concilia

Mat. 23. 7. Hebr. 1. 2.

L. 5. mor. 23. & 4. 35. mor. c. 10. & h. 10. in E. nang.

D. Avg. Serm. 14. de Sancti. To. 10.

II. Pontifices & Pharisaei erant nepotes Simeon & Levi.

IV. Similitudo.

H h h h h h h i

risxi superbia gloriabantur: potentia iuncta sapientia: quid non efficiet? quid non aggredietur?

**V.** Aut Propheta Daniel de Antichristo, quod qualibet sit facturus: fortes & robustos interficiet, potentes sibi subijciet. *Supra quam credi potest universa vastabit.* Mirabilis est hæc hyperbole, quo ipse Deus dicat, ab eo plura facienda, quam quis possit imaginari. Et quomodo hæc efficiet? duo habebit: potentiam & scientiam. *Consurges Rex impudens facie, & insollens positiones, & roborabitur fortitudo eius.* Quam

graphicè describit illum: Illis duobus suffultus tantam percutret terra regionem, ut oculos effugiat mortalium. *Supra quam credi potest.* Hæc duo nunc coadunantur, potestas Pontificum & ea quidem maxima: sapientia Doctorum, & ea quidem acutissima. Considera, quò nomine illos compellet, *vasa iniquitatis bellantia:* instrumenta belli & seditionis proditoria: bene dicuntur *vasa iniquitatis bellantia.* Vocatur iniquitas id quod opponitur æquitati rectitudini & iustitiæ. *Iniquitas contra æquitatem.*

Hoc promisso, quæ nequior dati potest iniquitas: quam ipsam sumere iustitiam & æquitatem ad eundem æquitas & iustitiæ destructionem? si quis nobilis ad hanc regiam accederet audientiam præterdens, ut illi daretur maioratus quidam, vel status opulentior: ut autem intentionem suam firmaret, actus clarissimos proferret & fide dignos, sigillis & notis indubitatis authenticos: indices autem congregati illos diligenter examinarent, atque omni ex parte perpenderent, recognoscere sigilla, scribas & testes, & præhabito marurò concilio, concluderent iura hæc indubie sic esse substantentia, ut qui ea negaret inveniri posse neminem. Quod si peracta hæc verificatione, & confessione, dicerent, decernerent, & statuerent, ut attentò & concessò clarum esse viro hinc nobili sua constare iura, & evidenter esse confirmata: nihilominus eum condemnarent, ut non solùm non posset prætereunte, quod præteudebat: sed insuper illum ut furem flagris cæderent: quomodo exclamaret? O Indices. *Vasa iniquitatis bellantia,* titulos enim iustitiæ clarissimos ad destructionem iustitiæ sumitis qua alter præponderat.

**VII.** Si ad hoc regnum Proteæ accederet, & oblati suæ iurisdictionis codicillis, illos deputati discernerent, & omnibus rite perpenis legitimos

intervenirent, & appensa sigilla verò esse regalia & signaturam non alia quam regiam subscriptam manu. Quod si prælibata hæc verificatione pronuntiarent. Quod eo ipso illum non reciperent ut Regis ministrum, sed occidere deberent ut inimicum: atque ipsidem ipis titulis ad hoc munitentur. O traditores: *Vasa iniquitatis bellantia.* Tales sunt isti, quos ipse Dominus per Psalmistam signat: *Conversi sunt in arcum pravam.* Erat autem arcus illo tempore frequens belli instrumentum. Quod si tibi arcus esset, in quo posita sagitta, atque in inimicum tuum directa illam arcus in te torqueret: vah arcum pravam & inversum. Tales vidit Iacob hos Phariseos & Pontifices. Conveniunt in concilium tendunt arcum. *Quid facimus? quia hic homo multa signa facit.* Bonus est, & potestate pollet divina: sententia quæ ex his enuntianda venit, atque ex his principijs inferenda conclusio quænam est? bonus est? igitur amari debet: sanctus est? ergo recipiendus est. Divina parat mirabilia? ergo honorari meretur: nihilominus sagittam reflectunt, atque ex illis colligunt principijs, ut monatur, quod homo sit reipublicæ perniciolosus, expedire ut interficiatur: ò prava arcus & reprobos.

**IX.** O proditoria, peruersa, pravaque mulier, vxor Putipharis, quæ castissimum Iuvenem Ioseph ad illicita pelliciebat. *Per singulos dies mulier molesta erat adolescenti:* ipse verò tenax virtutis intactam servat castitatem, die quodam n angustissimo deprehensum constringit atque ad venerem scelus. plusquam unquam compellit audacior, lacrymas fundit vberiores quibus adolescentis cor emollit, quæ sufficere videbantur ut etiam arcum possent pectus flectere: verumtamen tanta invenis perstar constantiâ, ut rupem ostendat se esse marmoream: cum hæc pellici non succederet, chlamydem arripit, ut siltar vel tumtum: at prudentissimus miles illam inter manus delerit fugamque cepisset. Ut hoc scortum percepit, clamoribus cepit eum accusare. Traditor, traditor, accurrunt domestici, illam inveniunt manibus chlamydem monstrantem, obortis lacrymis ingemiscit, & conqueritur, quod vilissimus ille servus eius voluerit honori illudere fornicator. Cuius rei testimonium profert in oculis lacrymas & tantæ doloris impudentiæ, & in manibus pallium & panti facionis à Ioseph attentati testimonium.

**V.**

Ludæi quæ ratione dicantur *vasa iniquitatis bellantia.* Dan. 8. 14

**VI.** Similitudo.

**VII.** Similitudo.

**VIII.** Similitudo. Ps. 77. 57.

monium. O tē aserimam, & subdolan mul-  
lierem, quid quæso clarius castitatem confir-  
mat Ioseph, quam vberiores illæ tuæ lacrymæ,  
quandoquidem nec illis illum potueris flectere:  
& pallium tuis relictum manibus; quem in  
tantas compulisti seotum angustias: ut quate-  
nus muneris suo non desisset, illis tuis manibus  
fugiens reliquerit. O mulierem mulierum ini-  
quissimam, inquit Diuus Chryostomus. *Habe  
apud te testimonium pudici viri, tibi retine,  
nefanda meretrix, pallium Adolefcentis: hoc  
erenim castitatis illius sigillum erit irrefragabi-  
le. Fietine potest mulier diabolico agitata spi-  
ritu, ut illud ipsum quo Ioseph euidenter testa-  
tur castitatem, fidelitatem, & pietatem & esse te  
impudicam, peritiam, & adulteram, proferas  
in testimonium ut vicium inducas ut Ioseph tra-  
dat ergastulo morteque condemnet? hoc quod  
eius seruit præconio, in tuam detorqueas lau-  
dem & quo deberas adduci, ut tantam honora-  
tes sanctitatem, an hoc assumere debuisti, ut  
tantas illi moueres tragædias, vinculisque con-  
stringeres?*

D. Chryf.  
Ser. de Ioseph. To. 1.

X.  
Tale esse  
Synago-  
gæ crimē  
demon-  
stratur.  
Ioh. 10. 24

O perfidam synagogam quoties Christum  
conata es euertere, toties illum manibus arripui-  
sti & in vltimas adgressi molestias, quando in  
porticu obambulabat Salomonijs. *Circumde-  
derunt enim Iudæi dicentes: quæ usque animam nostram  
vobis tollis? attende, quanto nos dolore miseris: mo-  
bis clarè responde, dicendo: quisnam sis. An  
non tunc vobis pallium doctrinæ suæ & mira-  
culorum reliquit in testimonium? Opera quæ ego  
facio, illa testimonium perhibent de me. Hanc tu  
chlamydem sumis desersitque debuerant, ut sanctita-  
tem illius coleres, vitæ merita suspiceres, acque  
eum acciperes; his vteris, ut eum comprehen-  
das, & decernas expedire, ut moriatur? *Quid  
facimus? quia hic homo multa signa facit. An illos  
ecceis vasa iniquitatis bellantia? O perduelles  
in concilium eorum non intres anima mea: quia in  
furore suo occiderunt virum, &c. Principem, hic  
intelligit Sichimorum. O Iacob sanctissime:  
iam hæc peracta sunt, tu vero dicis: Congre-  
gamini, ut annuntiem vobis quæ ventura sunt,  
&c.**

87 10  
XI.  
Simeon &  
Leui per-  
fidia no-  
tante.

Sic est: porro in præterita hæc eorum nequi-  
tia, eam præuidet, quam eorum facturi essent  
successores Pontifices & Pharisei. Simeon &  
Leui facdo nimis crimine Hemor Regem Sich-  
imorum intereperunt: pacificus accedit illos

Rex, connubia proposuit mutua; pepulus simus  
vnius, filios nostros filiabus iungamus vestris,  
& vestras nostris; respondent illi: nobis hæc  
artidet propositio: verumtamen hoc primum  
expedit, ut in vnam conveniamus religionem:  
vos ipsos prius circumcidite, & proposita perfici-  
emus: perplacet, inquit Rex, cunctique suffra-  
gantur. Cite uincidunt se omnes, atque ut pareat,  
quàm sincerè steterint promissis, notat S. pagi-  
na, quod die tertio ex vulnere circumcissionis  
grauissimo cuncti dolore decumberent. Eia igitur  
Simeon & Leui, iam ex parte nostra nostris  
satisfecimus promissis, iam & muneris vestri  
est, & debiti vestri similiter stare pollicitatua-  
bus. Absit, ut hoc faciant: imo hanc capiunt  
circumcisionis & doloris ansam, quæ testimo-  
nium petebat eos fœderi satisfecisse, quæ  
miseros illos dolore imbecilles obruncant: ut  
enim eos cruciati notant infirmos, strictis ir-  
tuunt gladijs, Regem obruncant cunctumque  
populum tradunt internecioni usque ad man-  
gentem ad parietem. (a) *Maledictus furor eorum,  
quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura. No dextam  
Adest hic Diuus Chryostomus. Quando enim piane ni  
Sichimita putauerunt eos sibi valde amicos, quia manante  
fecerunt quod petierant tunc grani ira & bello Ho. 67. in  
eos oppresserunt. Hoc fecerunt Simeon & Le. Gen.  
11, sed non tam attendit Iacob ad illud, quàm Tom. 1.  
ad aliud simile crimen, multo licet execrabi-  
lius à Pontificibus illis & Phariseis perpetrân-  
dum.*

(a)  
No dextam  
Ho. 67. in  
Le. Gen.  
Tom. 1.

Expressam Deus cum populo Iudæorum fec-  
dus inerat quod veniens in mundum miracula  
ederet, illique ea cœnentes credere tenerentur. Iudæorū  
Hoc semper modo cum illis egit: nihil enim  
credere volebant nisi præmissis datisque signis.  
Iudæi signa petunt dicebat Apoll. ut autem mini-  
mè crederent, ilico dicebant: signa nostra non  
vidimus. Dicunt signa nostra, significando illa  
esse, quibus Deus illos communiter dirigebat.  
Orditur Abraham, & dum illi, Deus terram pro-  
mittit lacte & melle manantem, signa petit. *Vn-  
de scire possim, quod possessurus sum eam? Ge-  
deon, Manue & Ezechias signa petunt; mo-  
& ipse impius Achaz vrgenti Propheta Isaie ut  
signa peteret, respondet: Non petam. Si nam-  
que illa petiero, Deusque concesserit, in il-  
lum tenebor credere: erat enim tale inter  
eos & Deum fœdus constitutum. Venit Re-  
demptor noster, mundo se manifestat, &  
ait: ego sum Messias, & Dei Filius: an hoc  
H h h h h 2 tu 38.*

XII.  
Tale fuit  
Iudæorū  
in Christi  
perfidia  
crimen.  
1. Cor. 1. 22  
Ps. 73. 9.  
Gen. 15. 8.  
Isa. 7. 12.  
Matth. 23

ta dicit inquit illi? *Voluntis a te signum videre, quod illi conveniat attestationi? & quidem non semel sed quater idem hoc illi proposuerunt, ut aliud diximus. Semel Domino predicante suamque diuinitatem prodente confestim Primates accurrunt & aiunt, quod signum ostendis nobis ut credamus? Christus pro huius satisfactione perficit, & ipsis testibus talia patrat prodigia, quae lia nullus ante fecerat: signa quae nemo alius fecit. Visum caeco nato restituit, tale miraculum quod negare non poterunt, sed tantum hoc estari. Ioh. 9. 32. A saeculo non est auditum, quia quis aperuit oculos caeci nati, illi met fatebantur. Christus cum venerit, numquid plura signa faciet, quam quae hic facit? Lazari resuscitatio tale fuit prodigium, ut quod illi obijcerent, nihil haberent, sed ipsis manus pedesque constrinxit. Itaque ex meto rigore iulitiae tenebantur illum recipere, atque in illum credere: quia superabundanter impleuit quod spectabat ad illud, quo illos deuiueret: unde ait quod Spiritus Sanctus illos esset reprehensurus de peccato, quia non crederunt in me. Manifesto illum grauatur opprobrio, & euidenti oppresserunt iniustitia, dum suis peridi non stant promissis, illi fidem adhibentes: cum ipse Christus, quod sui muneris erat, impleisset abundanter.*

XIII. Hac tempestate conveniunt Simeon & Leui Pontifices & Pharisei, & inquirunt. *Quid facimus? quia hic homo multa signa facit? O sed difragos, ad vos modo spectat vestram implere obligationem pactumque perficere, quando quidem ille vestris annuerit postulationibus: & vestrum nunc est illius annuere postulationibus. Refragantur illi, quinimo eo ipso casu furore limphatici diabolico in eum insurgunt, concilia cogunt, conspirant & media inquirunt, quibus illi, nomen, dignitatem, famam, vitamque tollant homicidae: atque hoc ipsum illo die, quo signum ostendit eis diuinae suae potentiae clarissimum, dum de tumulo Lazarum euocat ad vitam: nam vltimum in eius necem conuocant concilium: Ab illo ergo die (sic hodie nobis Euangelista) cogitauerunt interficere eum.*

Probat Diuus Augustinus Samsonem figuram fuisse Saluatoris atque, id eo modo contigisse, ut quaedam, quae in eius vita commemorantur non tantum vera sunt in eius persona, quantum secundum quod Christum ipse praesignabat: sicut illud quod Angelus ait eius annuntians conceptionem. *Erit Nazarenus Dei ab in-*

fantia sua & ex matris uero. Apprimè conuenit Christo nomen Samsonis: etenim solem scilicet Samsonem in quatuordecim ixtas habebat cum Christi] Philistaeis, quot in necem eius cogunt concilia, figura quot moliantur machinas, cubus eum agant in fuit. ruinam; porro tunc ex professo vltimum concilium uocarunt illum petendi concilium, quando suam manifeste fortitudinem exposuit, quam in capite habebat, vel capillis suis constitutam: pluries Pontifices & Pharisei contra Christum conueniunt, hos omne erat eorum studium, illi struere decipulas, at semper irrito conatu confunduntur. Ceterum quando manifeste suam probauit fortitudinem diuinamque virtutem in Lazari resuscitatione: nam illam ostendit quam habebat à capite suo interno scilicet Patre, adeo manifestè ut nullus ambigendi locus relinqueretur: tunc in eum conspirat tunc eius mortem decernunt unanimiter. *Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum.*

XV. Videtur enim mihi spectare illa uerba Spiritus Sanctus de perido illo Saule quae Diuus Chrysostomus eleganter expendit. *Non ergo re-ctis oculis Saul aspicebat Dauid à die illa quae praefatus auctor sic legit: Ab illo die suspectum habuit Saul Dauidem. Querit igitur, quid illo die Dauid egerit? timore populus tanto turbabatur, ut omnes praeter metu obtigerent, nec vllus caput attollere praesumeret: illos etenim Goliath tanto teruerat pauore, ut ad eius aspectum non vnus, non duo, sed caecutum omnes in fugam se abriperent ignominiosam: sic ut nullus esset, non solum qui cum illo decertare praesumeret sed nec auderet praesentem intueri: quotidie regni sui ruinam casumque formidabant, imo & mortem ignominiosam. Pastore omnes erant consternatis, nec quisquam audebat erigere caput, sed in extrema desperatione erat cunctis singulis mortem praeter oculos habentibus, quousque moriem expectantibus, ut vitam agerent miseriores ipsi, qui degunt in terribilio carcere. Hoc eodem tempore prodit Dauid liberà sua motus voluntate, nemine illum insligante, nemine aduocante, imo toto repugnante mundo, quem & fratres acriter iurebant, & temerarium accusant & ablegant, ut oues suas opalio custodiat: Saul animum illi adimit rem afficiens esse puerilem, & risu dignam, adolescentem vix primae lanuginis velle pari Marte & aquis viribus cum illo congredi ferocissimo inimico: ipse*

(art. 5.)

oues suas iucunde pasceat, in expertus bell. & ad  
 malitiam rudis exercitia. *David venit ab ouibus  
 ad exercitum, cum per atatem, nec artem bellandis  
 callere posset, ac laborum militarium vultu esset,  
 ipse pro vniuersis bellum in se suscepit, eum si vir-  
 tute defuisset euentus, tamen ob solam animi prom-  
 ptitudinem, egregiumque propositum coronandus  
 erat: Si Dux de exercitu quidquam aut miles gre-  
 garius hoc agere pralumeret perpetua Regem  
 adstringeret gratitudini, licet aliquatenus ad hoc  
 teneretur: quanto magis hanc laudem mereba-  
 tur David, cum ad talem nullus eum cogeret.  
 Monomachiam, qui quietus in montibus gregem  
 pastor dirgebat, Cum nulla illum promotaret ce-  
 casso suapte sponte & ex se diuino accensus zelo,  
 Patriaque charitate, proinde ac si oues cerneret ve-  
 rius quam homines, & quasi canes imasurus esset  
 paitus, quam tam numero sum hominum exercitum  
 adeo inrepsit ad Barbaros concurret. Sic Num. igitur  
 parum videtur nulla necessitate compulsum,  
 suam ipsius vitam perdere, & in eorum utilitatem,  
 a quibus nunquam aliquid acceperat beneficii in  
 medios hostes irruere: an non par erat viso effectu  
 eum publicum civitatis feruorem appellare, qui &  
 Regni decus & civitatum fundamenta, & omnium  
 vitam optulante Dei gratia seruauerit: ipsum Re-  
 gem a peritis mortis reuocauit, per illum vicit Rex  
 ac principatum obtinuit, & etiam Rex a suo capi-  
 te deiractam coronam capiti Davidis imposuisset,  
 nunquam parem reuulisset gratiam: sed ampliorum  
 debuisse: nam & vitam, & regnum illi dona-  
 uit.*

Eccl. 47. 9.

Non tantum prestitit Ioseph Pharaoni Regi  
 Egypti beneficium: illi nihilominus, Regalem  
 tndui iussit honorem, & triumpho coli dignissi-  
 mo. Quod ergo rependit Saul Davidi benefi-  
 cium? quo honore coluit? *Ab illo ergo die suspen-  
 dum habuit David.* Ab illo die mortem eius in-  
 tendit, qui illum a morte seruauerat: & vitam  
 illi tollere, qui vitam illi conseruauerat. Qua igitur  
 tur de causa? an quia iam euidenti illum eripuit  
 peticulo an quia nulla prouocatus obligatione in  
 castris eius militauit ad illius miles detestationem?  
 an quia communem Dei populique hostem Gi-  
 gantem illum solo proftrauit? respondebis, quia  
 obtenta victoria obuiam illi processerunt puelle  
 de Ierusalem in triumpho canentes: *Saul percussit  
 mille & David decem milia.* An ergo David  
 hoc meruit vel non meruit laudis preconium?  
 an populus hanc illi non debebat gratitudinis de-  
 monstrationem? an forte David minores decerant  
 rationes alicuius dissilientiae, quod Sauli mille  
 dedissent victoriam? quam Sauli, licet Davidi

decem millium victoriam adscripsissent? m.  
 quidem iudicio grauius & ipse David stomacha-  
 ri poterat: quandoquidem cum nullam Sauli  
 hac victoria partem haberet illi nihilominus glo-  
 ria: suae partem adscriberent. Etenim si Rex ad bel-  
 lum sinendum, vel paululum aliquid momenti con-  
 tulisset, recto tunc dictum fuisset: *Saul in millibus  
 at si ipse pauidus, ac tremens domi sedis, in singulo-  
 abos merem exstollans, hoc, totum facinus peregit:  
 si indignandum erat, Davidem potius conueniebat  
 indignari, quod eum totum solus egisset, alterum  
 haberet laudis participem. Quid plura? licet er-  
 rasset, qui Davidi Perana canebant, aut erat  
 ille culpa obnoxius? an vniquam ipse laudem  
 quaerit? an sui nominis appetijt estimationem?  
 tanta mentis humilitate deprimebatur tve num-  
 quam cor eius superba titilla uenit aliqua praten-  
 ho, in tantum vt illi canere liceret: *Non est exal-  
 tatum cor meum neque elati sunt oculi mei, neque  
 ambulauit in magnis, neque in mirabilibus super me.  
 Hoc vniuersum semper habui prae oculis, Dei scilicet  
 cet gloriam, & republicae commodum. In om-  
 ni opere dedit confessionem sancto, &c.**

Psal. 130.

Eccl. 47. 9

Hec summa fuit Saulis iniquitas, qua satis  
 euidenter ostendit se a diabolo perfecte posside-  
 ri: quando illo ipso Davidem occidere tentauit,  
 quo eius opera beneficium receperat adeo singu-  
 lare: ex quo cognoscere potuit a Deo Davidis  
 actiones dirigi adeo prudentes adeoque prodigi-  
 osas: *Ab illo ergo die suspectum habuit David.* Hic  
 perpende diabolicam Iudaeorum peruersitatem,  
 quos diabolus iam possederat: etenim eo ipso die  
 quo verus David Christus in arenam descendit  
 cum morte decertaturus, & ipsis cernentibus il-  
 lam superat, quem quando adeo illustri triumpho  
 cernunt de illa victorem in resurrectione Lazari,  
 vt populus eius intuitu laudes illi conieceret in-  
 auditas, illi diabolicam furentes inuidia in caem  
 eius conspirant, quem ea de causa recognosce-  
 re, adorate, atque vt Deum recipere debuissent.  
*Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum.*

Collegerunt ergo. Ad hanc lapsi sunt obstinatio-  
 nis abyssum Christo aduersarij: sed qua de causa  
 ex miraculis, quae in eorum commodum opera-  
 batur: *quia hic homo multa signa facit.* Quod  
 Christus in his suis miraculis declarat? quod  
 Deus sit: atque in illis ipsis suam videntur illi  
 fundare cordis perniciam, qua Christum ex-  
 erantur. Videtur Evangelista tangere Pharaonem.  
 Operatur Deus miraculum, quod primum fuit  
 flagrum, quo Pharaonem caecidit, aquas nimirum  
 conuertit in sanguinem. Non est hoc, inquit,  
 Egyptij, sufficiens: simile quid & Magi operau-  
 H h h h h b 3 tur

XV.  
 Eadem  
 ostendit  
 Phara-  
 onem.



tur. Producit Deus ranas; illi molestissimas,  
 & idem obijerunt, licet iam Pharaon fateatur opus  
 hoc esse Dei: eo quod illas a se repellere esset im-  
 potens, omnes licet potentia: sanx. nervos exten-  
 deret: ut ab illis se liberum eriperet: supplex pe-  
 stulat à Moysè & Aaron: *Orate Dominum pro me*  
 ut auferat ranas: tandem immittit Dominus  
 illi muscas & tabanos, quos de puluere suscitauit  
 innumeros: omnem mouit lapidem Magi suis  
 incantationibus, quibus plagam hanc auertant sed  
 lapidem lauante tenim hoc indicat, ex Dion Au-  
 gust. illud Exodi. *Fecerunt similiter malis in-*  
*cantationibus suis ut euerent Cinipbes & non po-*  
*tuerunt*, addit autem hæc Pharaoni Magos mali-  
 caste. *Dignus Dei est hic*. Diuinam fateatur in  
 hoc opere potentiam luce meridiana clariorem:  
 etenim hoc Deus agere consuevit inimicos suos  
 puniturus: ut prius velit eius agnoscant poten-  
 tiam ipsique eam fateantur: quatenus liquidò  
 constet, cuius in hoc sit culpa concipienda, sicut  
 ostendit in Balaam Ariolo: quid non agit ut illi  
 notum faciat Deum esse huius populi conducto-  
 rem, nec contra eum ullam præuolare potentiam?  
 & hoc ipsum vult in Pharaone palam fiat, ut ipse  
 fateatur Deum horum mirabilium esse operato-  
 rem: *Dignus Dei est hic & ipse*, quidem qui dixit:  
*nescio Dominum.*  
 Idcirco subiungit Spiritus Sanctus quod vniu-  
 cot prodigijs quæ ligito Dei fiebant pertinax ip-  
 se Dei que populo restiterit aduersarius: *Inidura-*  
*tumque est cor Pharaonis*. Illa coniunctio (que) in-  
 sinuat ut attendamus, quid acciderit post tanto-  
 rum verificationem miraculorum. Hic producit  
 Christus Dominus noliter non Cinipbes de pul-  
 uere aculeo suo, pungentes sed Lazarum de se-  
 pulchro qui Iudæos Christo redarguat aduersa-  
 rios. *Iniduratumque est cor*. Hoc proprium cordi  
 est oblitumato, ut illo peius fiat & obduratius,  
 quo mollescere debuerat & mitigari. Idem licet  
 intueti in Exodo: de Ciniphum flagello, quò  
 Deus premit Pharaonem: dum enim Deum huius  
 plagæ sentit auctorem, populo promittit liberta-  
 tem si modo plagam hanc à sinibus suis auertat.  
 Quocirca Moysen & Aaron deprecatur dicens:  
*Orate pro me*, præstant quod postulat. Nihilomi-  
 nus *Ingramatum est cor*. Nam ex præstitis Phara-  
 ni beneficijs quibus euadere debuisset melior,  
 peiorem eum factum admiramur.  
 XVII. Hinc annuera Ierosolymitas: quanta nanq;  
 Simili- Christus in eorù commodum opera perficiat, in-  
 ter in Iudæis & in de tamen trahit in eum insurgendi argumentù.  
 & in Quam aptè ad holidem conuenit: illis nomen à  
 vobis. Patre suo impositum. *Vasa iniquitatis bellantia.*

Instrumenta bellica, sed praua & inuersa. Hæc  
 quàm multa similia bellica instrumenta in Deum  
 praua & peruersa nam eo ipso, quod Deus illis  
 largitur quatenus illi seruiant diligentius: illum  
 grauius offendunt & insurgunt perduelles, atque  
 ex eo seditionis bellicæ conflant instrumenta,  
 concessit tibi Deus corporis incolumitatem, quæ  
 sicut Dei seruum decet illam in eius impendat  
 obsequium; tu vetò eadem vteris, teque disponis  
 ut illum offendas: tibi que persuades quod cum  
 oprata fruatir valetudine, liberè tuis possis vacare  
 delicijs: etenim tibi tempus non defuturum ad  
 penitentiam, quam tunc serio arripies dum il-  
 lam tibi videris excidisse: opes largitur tibi, ut  
 virtutis sint instrumentum, atque illis tunc  
 conferens pauperis puellæ pudicitiam periculo  
 lapsus expositam: etenim dotem non habet, qua  
 nubat, nec ventri cibum: tu autem has arma la-  
 cis quibus virtutem eius & castitatem impugnes  
 impudicus; tuis illam promissis domique peruen-  
 tens: intellectu te dotauit, quò cognoscas illum  
 eiusque beneficia, quatenus te tantis beneficijs  
 trahat in amorem suum irretitum; tu vetò gla-  
 dium ex illis fabricas. ancipitem diuersarum in  
 Deum & proximum inuentor machinarum, om-  
 nia perperam iudicando, eunctaque perturbando,  
 &c. Conuenienter de te deque beneficijs à Deo  
 tibi præstitis dicere licet. *Vasa iniquitatis bellantia.*

§. 5. Quid facimus? Quia hic homo &c.  
*Vasa iniquitatis fuerunt hi consiliarij, liuore,  
 auaritia, & ambitione plenisissimi.*

Nondum hoc peius dixerimus: quia quid  
 amplius indicare voluit Patriarcha Iacob,  
 illos agnominans instrumenta vel vasa ini-  
 quitatis ad bella promptissima. Abulentijs opua-  
 tur, quod eos sic appellet significans illos esse  
 esse malitiâ plenos. *Vasa iniquitatis, id est, plena*  
*iniquitate, tenent malitiam in corde reconditam,*  
*sicut vas aliquid intra se continet.* Illos autem  
 describit Hietoglyphico seu simbolo vasis olei.  
 Vidit Diuus Ioan. deserti vas inauratum ac ve-  
 nustum externis: interius autem tot immundis  
 repletum abominacionibus, ut in eo omnium ge-  
 nera comprehendereatur abominacionum. Tales  
 illos considerat Iacob exteius formosos: O quàm  
 patebant autem colore cadaueroso, positentie &  
 ieiuniorum præcone manifesto: quàm aptè com-  
 positi simbnjs illis & phylacterijs coloris cæru-  
 lei, quibus eorum pedes tegebantur atque eos  
 in celo iam habere se testabantur. Quàm ve-  
 videban-

L. loc. cu. in Exod. l. c. a. Exod. 8. 18.

Exod. 32.

XVII. Simili- ter in Iudæis & in vobis.

In exp. 49. Gen.

1. Alia ratio cur dicatur vasa iniquitatis.

videbantur non nisi Dei legem zelare, nec alios habere oculo, nisi ad illam directos, magnificatis illis Phylacterijs, quibus Dei mandata inscribebant? vident illos, inquit Iacob: quam sunt exterius formosi? potro hoc non te lateat interius plenos omni esse nequitia. Quia nequitia? nullam in particulari nominat: designans omnibus illos esse conquinatos.

Illos à longè cernebat Iacob, & de prope describit nobis illos Dicitur Ioan. quàm essent omni sic iniquitate pleni, sic vt eam ore suo nequissimi regurgitarent; illos perpende sollicitos, inquietos, turbatos & anxios, sibi mutuo colloquentes. *Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romam, & tollent locum nostrum & gentem.* Ecce quanta malitia, & quo pleni sint veneni mortifero. Perpendit Dicitur Iudas Apostol. tria esse peccata suprema & omnium capita peccatorum. Inuidiam, Avaritiam & Superbiam. *Va illis, quia in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt & in contradiotione Core perierunt.* Vx illis, cum suo malo in aliquo illorum incidere, illis comparate: etenim eorum regula totum valent mundum peruertere.

Primum peccatum est Cain, quod nouimus fuisse inuidiam, quâ ferrox in fratrem suum exarsit. Secundum fuit Balaam, nempe avaritia, quandoquidem lucri gratiã tantam commiserit iniquitatem vt Deipopulo maledicere proponeret. Tertium dicitur esse Core delictum, qui inflatus ambitione, superbus iustitiam & vile fecit duces illos Moysen & Aaron à Deo designatos. Quod si vnum horum peccatum ad eorum ruinam suffecerit quid omnia simul efficiunt? illa omnia in Pharisæis attende.

Primum peccatum ceteris antesignanum est inuidia: quâ Christi gloriam non nisi per noscētē ferunt, ardent inuidiã. quod Redemptor nosse tantam sibi ex operibus nominis conciliet estimationem: hæc illis vt vermis cor erodit infatigabilis, dum eos loquentes intelligimus.

*Quid facimus? quia hic homo, &c.* hæc est aatem inuidiæ definitio ex theologia & subtili declaratione. Diui Basilij, a nec non Diui Thomæ. b Dolor de prosperitate aliena hoc illi genus est, dolor plagaque cordis illud transodiens, oriens ex considerata in altero prosperitate. Vates Isaias inuidiam vocat Spiritum compunctionis: quidquid enim in altero boni considerat hoc illi in lanceam vertitur viscera penetrantem. Acutè dixit Poëtarum Latinorum Princeps exprimens inuidiæ effectum.

*Obliqua inuidia stimulisque agitabat amaris* Virgil. 11. Pulchrum epitheton inuidiæ, *Obliqua*, præposita, peruersa, etenim ex eo, quod amorem & beneuolentiam elicere deberet erga proximum, dum eum cernit dignitate sublimem, epibus auctum, famâ clarum, honore exaltatum: odium fouet, rancorem producit & seuiam in eum molitur malevolentiam: hæc ipsa est, quæ peruersum adeo producit argumentum, quale Pharisæorum illud, qui ex operum Christi celsitudine, quibus excitati deb. erant vt eum tanquam Messiam acceptarent, expedire concludunt nendum illum non recipere, sed insuper occidere: hæc eos ita acerbe torquet, & vilceta transfodit: vt quiescere non possint nec sibi temperare sic tot lanceis & pugionibus tra. suerberantur, quot in Christo vel multi prodigia notabant emittentiora. Quod si queras quid illos habeat ita turbatos, afflictos, & inquietos? ipsa est inuidia, quam suo pectore gerunt inuiseratam.

*Obliqua inuidia stimulisque agitabat amaris.* Comparatur animus inuidi cordi prunis ardentibus exposito: nam igitur quo carbones illustres sunt clari, & splendidi, ipsum assatur, stridet & absumitur. O maledictum inuidum: etenim te lucidæ virtutum, & præcellentiarum alterius prunæ consumunt & exagitant, sicut Saulem in Dauid & fratres Iosephi in inueniunt sanctissimum, & Cain in Abel innocentem. Hæc est illa, quæ hoc in consilio facem prima præfert: qui teste D. Chryostom. a ipsa cadit Mater. Hæc est, vt loquitur Diuus Basil. pugna in Deum Magistra, quia Luciferum mouit vt signa Deo inferret insensibilissima, belloque impeteret eum atrocissimo. Sic expoluit Diuus Chryostomus. Hunc Deus celo exturbauit: creauitque in terra hominem, quatenus in eius succederet locum eumque occuparet: ille, draco tartareus rabiidâ fuit inuidia, quæ pectus illi corrodit: quo ego? fietine potest vt ille mihi præualeat? an hoc inultus patiar vt terra cespes sit mihi præferendus: excitat illum inuidia, mouetque efficaciter vt opus illud Dei inimicus oppugnet, & hominem studeat deijcere pro vt re ipsa perfecit. Hæc enim de causa, teste (Diuo Chryostom.) dicitur. *Inuidia diaboli mors inuicis in orbem terrarum.* Venenosus igitur hic serpens momordit Cain, illicque rabiidum hoc insudit venenum: qua de causa ex Diuo Basilio dicitur: *Diabolus est factio: atque ex D. Chryostomo, diaboli inuentum; factusque est huius magistri primus discipulus: sic enim vocatur à Diuo Basil. Primus diaboli discipulus.*

Ideico subtiliter dixit Diuus Ioa. Cain ex matre

a Hom. 36. in Ioan. b Hom. de inuidia, qua incipit, Bonus est Deus in principio. V. Item ex dis matre

Hom. 46. in Gen. Sin. Sap. 2. 24. Hom. 11. de inuidia Hom. cit.

14. 23. Ig no

II. Tria genera peccatorum primicia. Inuidia, Avaritia, & Ambitio. Epist. Causo. vers. 11.

II. Quid sit inuidia. a Hom. 11 de inuidia b 2. 2. 9. c 1. 1. d 6. 9.

VI. Cur Cain dicitur esse ex maligno.

*ligno serot*: Videtur enim metaphoram sumere a morfu serpentis seu viperæ. Vipera venenum habet acutissimum instar ignis: mordens infundit illud in eum, quem mordet: unde instar ignis inar deficit, quo illi viscera leuiss extuntur. Expouit D. Thom. *malignum* dici quod in malo igne succenditur. Satan vipera est malo igne inuidiæ succensa, mordet Cain eoque mortu cordi illius venenum infundit inuidiæ, quo miserum videre licet agulhis premi mortalibus, illi viscera exui multo crudelius quam illis, quos igni serpente mordebant, etenim sic eos appellat Spiritus Sanctus: *Ignitos serpentes*: quia infusum ab eis venenum carnis exurebat, quàm ignis picis: atque vt talis igne succensus vociferabatur: quid ago? quid hoc est? pariat ego, vt frater meus me iunior mihi præferatur? ane decet me permittere vt honore & dignitate me longius anteverrat? hæc fuit illa magistra quæ fratrem illi eadem proposuit exequendam.

Num. 21.

Hom. 46. in Gen. 27.

VII. Inuidia semper viliora notat.

VIII. Nominis Iesv dignitas.

Progreditur vterius serpens ille venenosus, & Patriarchas mordet filios Iacob, eosque lethali hoc veneno succentos inficit, atque in fratrem excitat verinum, dicentes: quid agimus? an sic modeste fetendum, vt minorentis ille nobis imperet, & rex ipse præsideat? hæc magistra illos instruxit tantam infirmitatem machinari fratres inhumanitatem. Notandum ergo cum Diuo Chrysolom. Saulem ab hoc serpente infectum, quanto furore in Dauid rapiatur innoxium, hæc est illa, quam anguis ille tartareus super hoc effudit consilium, horum omnium corda lancinans consiliatorum, vt inuidiâ succenti sic ininterrogent. *Quid facimus quia hic homo multa signa facit?* Quæ ratione pernitimus hominuculū hunc, vix vnus oboli nos auctoritate & dignitate antecedere?

Proptium est inuidiæ, vili facere proximū, illique manus iniicere quod in ipso videtur infelix: sicut lapillus ille: nam collisus in infimum & abiectissimum statuit, in puluerem redegit aurum, argentum, aes, ferrum, & quidquid in illa fulgebat augustius: hoc significat verbum illud *hic homo*. Queritur cur proprio illum nomine non appellauerint: erat etenim satis notum, eratque illi maxime conueniens vt quid de caelo descendens *lesus*. Non incongrue dicitur: vt enim exposuimus in illo concilio circumcirca quemlibet consiliarium volitabant millia legionum dæmonum, & huic concilio tota adfuit malitia, & plebecula infernalis: vbi autem illi conueniunt, hæc prima seruat ab eis regula, vt nec loco nec sermo sanctissimum illud no-

men pronuntietur: etenim etiam nominatum in eius ignominiam, illos timore percellit vehementiori. Rosmarinus & Thimus nedum suarum spirant odorem, si ea manibus contractes, sed etiam dum pedibus conculcas & ab animalibus decerpuntur. Sanctissimum nomen *Iesu* etiam ore infernali pronuntiarum odorem exhalat fragrantissimum, vt ait sponsa: *Vnguentum effusum nomen tuum*. Dilecte votorum meorum, est nomen tuum vt Balsamum pretiosum vnguentum effusum: licet enim inimici tui illud effundant luce tabescentes illudque pedibus proterant: admirabili teplet fragrantia cubiculum: sicut in co patet quod effudit Magdalena ex nardo Pistico mixto & pretioso: nam *Domus impleta est* ex *Jo. re vnguenti* unde nomen abigit fixitorem & quamlibet tollit infectionem: est adeo suauis Balsamum altissimum nomen *Iesu* atque vnguentum compositum saltem in officina diuini ipsius intellectus: vt quamuis turba illa maledicta ore suo fetido & immundo illud effunderet, talem nihilominus exhalaret odoris suauitatem vt toram illam in fugam compelleret faciem infernalem.

Porro ratio præcipua hæc esse potest, quod ibidem regnaret inuidia illa vero, si Diu. Chrysol. credimus, hoc primum intendit vt oculos conijciat in illud, quod in alio sibi persuadet esse posse contemptus causam: veritas patet in Saule: nam a quo tempore tabidus ille ignis cor eius inuasit nunquam ore suo nomen hoc Dauid pronuntiauit: censebat enim esse hoc honorificum Dauid, quo puellæ virgines Israël illi ceciderant in nomine: *Saul percussit mille: Dauid autem decem milia*: sed semper eum vocauit: *Filium Isai*, id est ex inuidia fortis virum: eundem effectum aduertimus in Iudæis: etiam semper Christum nominibus appellauerunt contemptibilibus *vbi iste ille*, dicebant olim: nomen autem frequentius hoc erat, *Hic homo*: quo conabantur euertere quicquid illis dixerat: quod esset filius Dei: ex quo grauiores ortæ sunt contentiones quod an ille nobis melior? Quis ille, nisi de malua natus, & in stramine reclinatus in æquo tolerandum hoc animo, vt nobis palmam eripiat, & post se relinquat præteritos? *Quid facimus: quia hic homo multa facit*.

Illico prodit in scenam, & choream profertur auaritia: etenim illam inducit inuidia velut eius manu compositam atque: si viuat hic, domorum opumque nostrarum inauram incurremus: *Veniens Kamari & tollens locum nostrum & gentem*, Quam efficax venenum auaritia? male fau-

Canl. I. 2.

Ioan. 12.

Hom. de Saule & Dauid.

IX.

Saul, Dauidem nomine proprio

1. Reg. 18.

10. X.

Anaritia in Iudæis notatur.

faustum cor illud, quod ipsa intraverit: Radix omnium malorum cupiditas, quam quidem appetentes, erraverunt à fide & insenserunt se doloribus mulis. Ananus quor torquetur angustijs, cuis & calamitatibus: Hæc eius propria vox est interrogatiua (sic Dives Basilus) quam Chastus in avaro illo dicitur designavit: Quid faciam? Quomodo lucrabor? Quomodo securus ero ne patiar nave fragium?? Qualiter ire à fure præferabo? Percussit virgâ suâ Moyses terræ pulverem & ecce Cinyphes oriuntur innumerabiles squietis inimicæ. Sic avaro contingit: etenim hæc eius prima & ultima cura terræ pulverem, nummos, opesque contingere: prohi quor Cinyphes oriuntur sollicitudinis. Sed videantur tractatus nostri; hæc est omnium radix iniquitatum. Radix omnium malorum cupiditas. Ostende mihi virum cuius illa cor possedit, & ego tibi illud ad omne nequitæ facinus ostendero præparatum: etiam vt Deum suum vendat, & occidat. Hoc tibi liquidò Iudas confirmat, in cuius cor diabolus venenum hoc iniecit, & idem ipse hoc ipsum pectori infudit Iudeorum.

**XI.** Igitur vltimis progredere & confideta qualiter lus duabus inferni domicellis, alia iungatur tertia, vt funiculus componatur r triplex, & que fortissimus: esse que ipsa alijs in nequitia non inferior superbia & ambitio. Si homo ille distius superbiat: venient Romani, & nostras nedum diripient opes domusque prædabuntur: sed insuper & gentem, auctoritatem nostram, dignitatem & in populo præmittentiam. O quam effeax iniquitatum radix: *Initium omnis peccati superbia.* Nul lum inuenias mihi peccatum, cui illa non commisceatur; nulla celebrantur in inferno iniquitates, in quibus illa coqui non fungatur officio: per quæ dis tria illa peccata hæc vala te, lenita? Egre gie certe concilium hoc descripsit Vates. Evangelicus, & quantum consilio, quandoquidem Iacob dixerit illis esse vala iniquitat, vult ipse illud ex plare illos considerat angustijs, doloribus, pœnisque prolocutus: *Torsiones & dolores obtinebunt, quos passuros em dolebunt.* Heu heu quam tribu quam afflicti quam solliciti! *Quid facimus?* Ne miretis, inquit propheta, pectus etenim habent mille referunt serpentibus immundis, imo ferocioribus animalibus, quæ cor illis corrodat: & quænam sunt ita? refert plurtimas sortis in particulari tria ponderat præcipua: *Erius, miluus, & draco:* *ibi habuit ioueam Erius & cum fœdit: illuc congregati sunt milui: erit cubile draconum tibi.* Erius spinas oblitus signat inuidiam: que cor pungit & viscera circumfodit. Miluus

Hieron. Bapt. de Lanuz a Tom. III.

rapax auaritia symbolum: etenim vngues inijcit nedum in bona sed in cor adeo pertinaciter, vt non sit quæ illos extrahat: idcirco vocatur ab Apostolo: *Laguetis diabolo liquamvis enim quis sit Apostolus in illum incidens suspensus vt Iudas interibit.* Draco superbiam denotat septem capitibus, iisque coronatis ferecissimam. Qui tales corde fouet indigenas, an censet illum vel medico quidem tempore à pœna liberum & angustijs absolutum? Si quis Erius: quomodo se haberet? Si quis in visceribus Miluum pateret, qui vngibus viscera impeteret, quo non dolore torqueretur? Si quis alius colubro vexaretur, qui cor illi & penetralia corroderet: quid hunc facturum existimas? Si cuncta hæc animalia vno in corde statueres, an arbitraris aliquid superaddendum, huius viri doloribus & angustijs? Sola inuidia quantum te ipsa premit: etenim vt Erius animam tibi lancinat; sola auaritia, quantis te, auate, premit angustijs etenim vt Miluus tua comprimit vngibus intestina: sola superbia te, dignitatum anhele, quantis te eius discretuat cor tibi depascens accerimè? omnia hæc simul iuncta in his perpende mortalium miserimis: quam anxij: *Torsiones & dolores obtinebunt: quam inquieti? Quid facimus? Optime congruit illis à Patre nomen impositum: Vasa iniqui, acie bellantia.*

**§.6.** Quid facimus &c. Si dimittimus eum &c. Huius concilij consiliarij fuerunt inuidia, auaritia & ambitio.

**I**n super incirco senex optimus ille subiungit: *In consilijs eorum non veniat anima mea, & in oculis eorum non sit gloria mea: quia in furore suo occiderunt virum.* Deus, me à tali libere concilio: quid enim aliud à talibus consiliarijs, vt inuidia, auaritia, & superbia expectandum? erant hi Barthol & Balis quos consulebant: illi Iafones & Alexandri, illi codices & pandectæ, quibus eorum dengebatur consilium. Quid enim aliud diabolica posset inuidia consulere, nisi illud quod Caino fratricide? quid auaritia crudelis, nisi illud quod Balaam? & quid honore pœta ambitio, nisi illud quod Core persuasit: *Ab illo ergo die cogitauerunt vt inter facerent: eum.* Quænam hunc credi suspenserunt argumenta? auaritiam, inuidiam, & odium? *Quid facimus? quia hic homo multa signa facit? O perduelles ipse Pharaone pernicitiores!* Intra ut

Tim. 6. 1.  
Ecc. 10. 15.  
I. Sa. 13. 8.

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

I. **Egy-  
ptij  
He-  
breos  
exa-  
nari-  
tia, in-  
vidia,  
& odio**  
perfe-  
quitur.  
Ps. 104.  
15.  
Exo. 1.  
26.

ut Dei populus in Aegyptum, ibique prospera  
vbi fortuna fuit in commodum quidem A-  
gyptiorum & facultatem eorum ac prouentum  
maius incrementum, nihilominus fatiam in illos  
excitauerunt persecutionem, & omnimode illos  
deleere stuuerunt: tunc ad hoc mouerunt A-  
gyptios: *Conuertit cor eorum, ut odirent popu-  
lum eius: primum fuit auaritia metus quidam  
perdendi regione, Ne forte multiplicetur, &  
si ingruerit contra nos o. illum etc.* Secundum fuit  
inuidia: *Ecce populus filiorum Israel multus &  
fortior nobis est.* Tertium fuit diabolicum odium  
ex ambitione & Iuperbia progenitum: eo quod  
viderent filios Israel opibus numeroque multi-  
plicari: haec omnia ex luore procedebant: *Ode-  
rantis filios Israel Aegyptij & affligebant illudentes*  
26.

Porro ad eorum intersecionem cogit Pha-  
rao concilium, quo modum decernat perdendi  
illos oppor. unum: *Dulos facerent in seruis eius.*  
statutum emanat. *Venite sapientes opprimamus  
eos, ne forte multiplicentur.* Hoc est Phariseo-  
rum contra Christum concilium & infernale  
decretum. *Quam omnes anxij, Ne forte multi-  
plicentur.* Turbat illos applausus, quo Christus  
excipitur, torquet illos tanta plebis eum sequen-  
tis multitudo. *Totus mundus post eum abiit, &  
omnes credent in eum.* Increuit eius auctoritas,  
totusque fauet illi mundus, nostrisque nos ex-  
peller possessionibus: *Venient Romani & tollent  
locum nostrum & gentem.* Ad hoc igitur sapienter  
agamus de tante reparationis iactura, & praer-  
habito maturo concilio, & respectu ad commu-  
ne Reipublicae commodum. Verumtamen agite  
contra Dei populum: hoc enim inde proueniet,  
vt illi sicco calle mare sint transiri triua pho-  
gloriosi, vos ipsos autem ipsum mare deglutit  
turbatique venti per fluctus illos vestra pro-  
sternent mergentque carauera. Cogite conce-  
ssum Pharisei perdendi Christum, vestram con-  
sultite auaritiam, vestram inuidiam, & odium  
in Christo, decernite quod de talibus quis possit  
sperare consiliarijs, vt Christus mo. iatur ad am-  
bitionis vestrae tranquillitatem: etenim ex hoc  
ipso concilio vestra manabit ruina aeternaque  
damnatio: *Collegerunt ergo.* Haec est igitur vo-  
stri consilij vltima conclusio postquam consili-  
arios adhibuistis auaritiam vestram, inuidiam ve-  
stram, odium vestrum vestraque ambitionem:  
quod enim aliud proterat decretum ex talibus  
prodite consiliarijs?

igitur vocetur hoc concilium Phariseorum

II. **Phari-  
saorum  
conci-  
liu di-  
citur:  
chiba-  
nos ac-  
census.**

maledictum *Cibanus succensus*, etenim concilium  
est diabolica plenum iniquitate. Maltia  
ex se ignis est, qui si paleam accipiat nec ilico  
illum extinguit, omnis deuastat: primo ignem  
excitat, deinde flammam & confestim cetera  
depaletur, in cinerem redigit, & nisi diligen-  
ter accureris illum confestim exindeburs. om-  
nia comburet. Sit tibi Pharao exemplum: pri-  
mo accenditur in illo ignis inuidia: contra Ibra-  
litas, densissimus excitatur fumus contradi-  
ctionis & perfectionis, quam in illos exci-  
tat. Hinc contra Deum insurgit factes illi re-  
calcitras diuinsque eius iustionibus inobediens,  
quas illi Moyses ex Dei nomine denuntiabat:  
omnia haec petuax aspernatur facie ad faciem  
Deo repugnat obfirmatus: *Quis est Dominus?*  
*nescio Dominum, & Israel non dimittam.* Ecco  
quantas in eo milia flammata excitet, nec  
& hic desinit, insuper & omnes deleat sata-  
git Israelitas hic finis fuit quem in illo pro-  
posuit adeo crudeli praercepto obstrictibus in-  
iuncto, quae mulieribus Hebraicis, in partu  
auxiliabantur, quo firmiter illis praercepit, vt  
masculos recens natos demergerent: quatenus  
per hoc totam exterminaret progeniem He-  
braeorum.

Non hoc illi feliciter successit, nec exitum  
iniquae habuerunt cogitationes: cum modum in-  
uenerint seruandi parulos in lucem prodentes,  
vt vidit haec sibi ad mentem non succedere, praer-  
comis voce publicum cuiusque toti populo mar-  
datum: *Pracepit ergo Pharao omni populo suo dicens:  
quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen  
proiecit.* Idem patet in maltia Phariseorum Chri-  
stum odio prosequendum: comprehendit haec  
illos, vt paleam ceteremoniarum & hypocrisis, fu-  
mus asurgit nebulosus, quo Christi miracula  
opertaque conantur obnubilare confestim flam-  
mas excitat in eum persecutionis, nec haeret, do-  
nec illi vitam auferre decernant: haec est illa  
conclusio, hic maltiae eorum finis vltimus, *Col-  
legerunt ergo.*

Doctissimam scripsit Diuus Basilus. homil.  
quam transiit Diuus Ambrosius, quinimo ex il-  
la mutatus est Diuus Petrus Chrysologus: tan-  
git autem diuitem, qui turbatus angustijs cogit  
concilium, quod possit talibus mederi doloribus:  
diues erat, ait Christus, cui horrea tritico, cella-  
ria vino & oleo redundabant: prouentum annuo  
quodam habuit abundantem & animo suspensus  
quid ageret, seipsum consulens, interrogat:  
*Quid faciam, quia non habeo, quo congregem frui-  
tus meos?* Hanc sumit resolutionem: *Non sa-*

III. **Pharao-  
nis in  
Israeli-  
tas cru-  
delitas  
Exo. 1.  
26.**

ser. 104.

IV. **Diues a-  
uarus sua  
consulit  
auaritia  
Luc. 12-27**

ciam : destruat horrea mea & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi. Hoc mihi semper peruersi inquit Dinius Basilius, quod illud arrepturus esles consilium, quem consulisti, o stultus? an respicis? An ergo ex teipso captus consilium? Quem iure habes cum quo iueas consilium, nisi aueritum animae tuae intusceratam? quod illa dabit tibi consilium nisi pures fructus, horrea maiora, clauis fortiores ceras & vctes duplicatas? quod si charitatem vocas ad consilium, tibi conuideret, vt superflua papperibus erogares. Si Deum adires ille tibi conuideret, vt tibi superflua fratibus tuis diuidas indigentibus: Plane impudens uerus consiliario. Si consules Deum eiusque legem & scripturam parata tibi responsio fuerit iustitiam animam implebo, aperiam horrea & omnes uocabo indigenos: imitabor Ioseph benignitatem hominibus exhibita celeberrimam, uocem emittam magnificam: quicumque panibus egeat uenite ad me singuli, gratia a Deo mihi collata particeps futuri. Porro si consulas auaritiam quale tibi suggeret consilium, nisi claudendi, colligendi, superaddendi clauis & patietes? Notat Spiritus Sanctus tibi que suadet: A consiliario serua animam tuam, prius scito que sit illius necessitas & animo suo cogitabit. Quando tibi consilium est: necessarium attende consiliarij tui inclinationem, & quas mente uoluit cogitationes: etenim manifestum est quod illud lingujs expediet quod ipsorum est conueniens inclinationi, atque tale tibi suggeret consilium, quod huic sit conueniens. Amentiam saperet inquit Spiritus sanctus, si consilium ab homine caperes, in bello rebusque militaribus meticulofo: ille namque requirit Leonium: quid tibi suadebit, nisi fecerit? & ne vitam tuam exponas discrimini, sed serues incolumem? Stultum est & inconsultum, si empturus aliquid consilium inites cum uenditore: quod eum tibi dabit ipse consilium, nisi expedire tibi illud, quod emere intendis, & omne pretium illo esse multo uilius? plura sic profert exempla: quem aduocabis consiliarium inuisis appetitus? an mundanum? an non constat tibi dicturum, non omittendam esse uindictam & Monomachiae leges utactas custodiendas. Quem adhibes in tuis actionibus consiliarium? an propriam inclinationem? an proprias delicias? an appetitum? quid tibi dicendum ab eis, nisi ut comedas, bibas, dormias, aliquin languescas, & tunc hoc conuenire necessarium saluti: ut lateris, vt praesenti fruaris occasione, forte nunquam aliam habiturus. Hinc oritur mundi iactura, quod malos adhi-

beat consiliarios: tuus enim, auaric, tua est cupiditas, & quid tibi suadebit? tuus, uentris cultor, tua est sensualitas, quid tibi faciendum consulet?

Tu uero o pijsime David quales aduocas tibi consiliarios? Consilium uestrum iustificaciones tuae. Legit alia uersio: Viri consilij uestrae iustificaciones tuae, Davidis Aduocati mei uiri que docti, quos Domine mi, consiliarios adhibeo, tua sunt praeccepta, tuae sunt rursus erat iustificaciones: illi sunt ita illi sunt optimi principes iudicij, cumque consiliarij: propius sit nobis Deus ne tales non dirigant amor, timor, cupiditas, auaritia, proprium lucrum, affectus & passionnes. Vt cepit occurrit Davidi histeria, quae paucis clapsis annis acciderat, eam narrante Spiritu sancto libro primo Regum, quando Philistini bello ceperunt arcam Dei, quam primum Deus illos flagris examinat durioribus; plagisque torquet acerbioribus. Haerent suspensam causam illarum ignorantibus: in dubium uertunt, utrum Deus Israel illos castiget, an uero alia interueniant cause. Vt autem certam huius haerent cognitionem, sapientes suos & diuinos consulunt & praeiens hoc decernunt consilium. Iuxerunt vacas duas, quae necdum traxerant iugum & recentar pepererant, quarum uirulos stabulo concluderant: arca Dei plaustrum imponunt quam vaccae protraherent: hanc sibi proponentes rationem. Quod si vaccae trahentes arcam & mugitum audentes uirulorum, illes nihilominus deserant & conuerfam praetereant naturam, inclinationem & affectum eiga uirulos naturalem, sed nec retrocedant declinantes a uia recta tendente in terram Israel: euident illud argumentum Deum Israel huic operi praesidere, illaque deducere, ipsum pariter huius supplicij nostri esse auctorem, eo quod arcam illi diripimus: ueritamen, si uirulorum mugitibus aures praebant, & ad illos reuertantur: non hic agnoscimus Deum Israel sed ex alio principio nostra faciemus omni supplicia.

Iudices vaccae esse dixerunt ordinatos vt currum trahant regiminis statique Reipublicae, atque in eo iustitiam uelut arcam quadam coelestem. Quando conueniunt in concilium ad ferendum iudicium iustitiae, caueant, ne secum ducant passionum suarum & affectuum uirulos: at illos a foris omitterant conclusos & ligatos iure rationis: non earum uoces auscultent, aures non praesentent eorum mugitibus: nec sit qui attendat ad fratrem suum, amicum uel inimicum, nec suum augmentum, conseruationem, aut lucrum: sed recta gradiantur uia, ducant allos diuini impulsus in sanctis

D. Basil.  
Hom. 6. in  
Ioseph. 10.

Eccli. 37.9  
V.  
Quidnam  
sit attendendus in  
consiliariis

1706

Ps. 118. 14

VI.

Dei lex.

VII.

Philistinorum  
prudens  
consiliu.

17

VIII.

Quale sit  
iudicium  
munus.

eius legibus expositus, quas nobis Ecclesia & iustitie ratio proponit. Si namque ad horum clamores se conuertant vitulorum: argumentum est euidentis ibi Deum minime præsidere: infelices sunt illi, qui in consiliarios sibi faciunt, & suorum voces attendunt: sique ad concilium capiendum conueniunt: *Quid facimus &c.* Consiliarij verò quibus auditum præbent, sunt eorum iniuria avaritia, & superbia: quantum hinc oritura conclusio, nisi illa quam audiuimus? expedit ut Christus moriatur illique vita tollatur. In confesso est dicturam inuidiam: moriatur, qui me cruciat, eo quod certam illum præ me pluris aestimari: quid avaritia? moriatur, qui si uiuat, miseriam meæ subiacebunt facultates. Loquatur superbia, Moriatur qui si superstes sit anam præbebit, quæ de sublimi labar status mei dignitate: *In consilio eorum nõ ueniat uisita mea;* inquit Iacob: consiliarij sunt ita, ita, furor, uoluntas per uerba, sed qualis inquam uix occidatur? *In furore suo occiderunt uirum.*

D. BERN. Congruenter his adiungit Dominus Bernardus: *Plane non alium quam Christum de quo seriptum est. Ecce uir oriens nomen eius.* Nec alium res habuit exitum: etenim prodit Caiphas, qui ut erat præses loco & dignitate prior, erat & malitia; profert autem decretum quod à talibus consiliarijs qualis suo pectore gerebat, poterat emanare, *Expedit uobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Ecce quam argute loquatur ut Christum condemnet: ex una etenim parte populum Dei proponit ut rem excellentiam eminentem, & sublimem, quò Deus in mundo non habebat excellentiorem: populus dilectus & electus, Deique donis affatus cumulat: ubi domum suam habebat, templum, mensam, altare, suos ministros suosque sacerdotes: populus ita Deo gratus, ut si in mundo non esset, non haberet cur de mundo esset sollicitus: ille populus de quo diu captiuus abducebatur sic ait: *Et nunquid mihi est hic, dicit Dominus: quoniam ablati sunt populus meus gratis.*

IX. Caiphas notatur in loquendo peruersus.

Ex altera parte Christum proponit eo statu, quò potest infimo, ut dicat *Unus homo*: nec enim attendit quòd Propheta sit ab omnibus cognitus, nec tanta sapientia, ut ut doctissimos terræ rapiat in admirationem nec quòd sit talium operator predigiorum, quæ illi ipsi nec negare possunt nec obscurate: solummodo representat, quòd sit unus homo quasi dicat, vos uehementer hoc argit, quòd difficile uobis uideatur & arduum, ut ille moriatur homo: detinet uires adeo doctos talis cognitio, quæ se

tales non esse declarant: etenim se diligenter percipis, quid tanti refert ut unus pro totius populi moriatur salute & quidem tali populi, sed potissimum unius trioboli homo. Quod tanti refert, ut unus moriatur homo qui non aliud esse quàm hominis habet: non amicos, non cognatos, non nepes, non generis nobilitatem: vos obrestor: quid incommodi si moriatur unus homo tantilli momenti, qualis hic fabri filius, & femine proles pauperculæ: quid plura? unus est, cuius ex defectu nullus defectus, unus est, sic omni deficiatur auxilio ut si vitam abstulerimus; futurus non sit qui uobis siem dicat, uelique facti talis rationem? Quando parietem propellere moluntur, ut cum impetu cadat, de decorum illi tollunt & effodiunt fundamenta: ut illi nihil præter cespitem superdo, sit cui inuitatur, sique impetu facto in terram præpellent. Hoc agit Caiphas, ut Dominum deiciat quem Dauid deserpsit ut parietem inclinatam, ex desiderio, quo feruebat moriendi, erat quippe ad mortem in chinatus: hunc parietem sic omni denudat fundamenta, ut non nisi cespitem fulciatur dicendo: aliud non haber esse quàm hominis: & nauis iactura est, si talis deleatur & moriatur.

Quando Chaldæi Dei templum incedendo vastare proponunt, primò diuitias omnes deprædatis sunt, nudamolummodo relinquentes parietem fonticem: ut per hoc in illo comburendo diuitijs non hærerent: etenim nudi parietes tantum comburuntur & pereunt. Hoc modo Caiphas agit ut templum hoc diuini tradat incendio: nam illud relinquit quasi scintilla bono nudatum in sola inuante, quod scilicet Caiphas aliud esse quam hominis non habeat, quatenus Christus intelligant rem flocci peiare si pereat hic, & omnibus moriatur. Impletur hic Itaz Vatis oraculum denudat *Nec respiciamus eum.* Non cum, quo erat, loco bonis habuimus, nec plurius aestimauimus quàm hominem telluris inutile pondus. Hic similiter ad litteram ex opinione quorundam Patrum impletur illud, quòd Dominus diabolo in figura serpentis præiicit: *Tu insidians calcaneis illius.* Erat in Christo caput, nempe diuinitas operaque diuina: erat & humanitas uelut pedes, quibus per terram ambulabat pauper, despectus, miseris, nostris subiectus, fami scilicet, ni, fatigationi, & necessitati. Hic audimus diaboli insidias ex ore capitis sui septentini, nempe Caiphas, qui ex operibus humanitatis in Christo conspectus, humilitatis & despectus ueram negare uoluit illi diuinitatem, quam gerebat absconditam: *Tu in-*

X. Similitudo  
XI. Caiphas  
XII. Impletur hic  
Gen. 3.  
15.  
fide.

fulsaberis calcaneo illius. Hæc declaratio verificatur in illo sensu, quem aliqui ad illa verba assignant: *Ipsa conteret caput tuum*: illa legendæ de capite Satana: nempe de Pontificibus & Principibus Hierusalem, quorum auxilio diabolus Christus paravit insidias suas. vixitque maximas: unde legunt de Chutkos: *Ipsam conteret caput tuum, & tu insidaberis calcaneo illius.* Ita legerunt Div. Leo Papa, D. Augustinus, & D. Chryostomus, quos citat Lypomianus: ex hoc protulit Caiphas mortis decretum cui omnes assenserunt.

Omnia in umbra corporis, teste D. Ambrosio, recurrit ad caput, velut ad consultorem. *Vah! quale caput Caiphas! Erat Pontifex anni illius.*

XIII. Emblemata.

Alciatus Embl. 138

L. de Tr. Heb. n. Gen.

Optimè quadrat illi caput illud de quo fingitur emblemata, quod vulgus invenit vastum & venustum, apprehendit illud, circumagat & cerebro vacuum invenit: exclamavit: *O quale caput, sed cerebrum non habet*: insuper quanto erat cerebro vacuum, tanto erat plenum iniquitate: unde licuit optimè dicere Iacob, inquit D. Cyillus: *Peccaverunt iniquitatem ex instructo suo.* Hanc ipse lectionem sequitur nostra vero sic habet: *Vasa iniquitatis bellantis & eam sequitur D. Hieronymus qui legit: Consummauerunt iniquitatem.* Hic igitur fuit, qui malitiam verticem imposuerunt: ita ut ad summum, quo potuit, ascenderit.

§. 7. Si dimittimus eum &c. Venient Romani &c. *Vnde illi gloriam suam, honorem & opes saluare studuerunt: inde in perpetuum perdidit.*

18

I. Iudum Aarons consiliū & plebi nocivum.

**P**orro vix reprobis illis, inquit Iacob: etenim quamvis in hoc suo satisfecerint delicto, proprio tamen famulati sunt incommo- & perditioni: nam per hoc civitatem suam diruerunt, atque omni protectione viroque denudant: *In voluntate sua suffoderunt murum.* O miserum Pontificem, an hoc tuo iudicio populum tuum contra Romanorum tuæ arma hostiumque incensus: eo ipso muros illi tollis & omni defensione vacuum eorum tradis potestati. Quando primitus huic populo consilium tumus Sacerdos Aaron vitulum aureum, eumque proposuit adorandum: descendens de monte Moyses, ut hanc vidit excerebrosam insaniam, Aaronem sic affatur: *ô Aaron, an populo huic placere te cogitasti, eumque per hoc conservare, ne in Ægyptum revertatur suamque illi tuæ dignitatem? Scias igitur, quod maximum illi pepereris damnum: etenim per hoc populum omni*

protectione denudasti: nec enim habebit quibus, vel quomodo suis fortis resistat inimicis: hoc verba hæc insinuant: *Videns Moyses populum quod esset nudatus (spoliaverat enim eum Aaron propter ignominiam fortis, & inter hostes nudum constituerat.)*

In rei veritate sic se res habuit: etenim ob hanc iniquitatem & idololatriam ita vehementer Deus excanduit, ut manum protectionis suæ, fauoris & defensionis tollere proponeret, quo fieret, ut ita populus inermis redderetur & imbecillis: ut illum tres nudipedes illis tunc occurrentes capere potuissent si ique subire: optimè vestitus ille est (inquit D. Chryostomus) quem diuina protegit gratia, & fauor amplectitur, arma licet nulla habeat: e contra verò omnino nudus si hæc illi desit, licet armis omnigenis, thorace, galeâ, & scuto muniatur. Experientia patet in David opulione: diuina etenim dumtaxat gratia mundus superbam Gigantis, omniumque Philistinorum potentiam confregit, similiter in Saule: quamvis enim arma gereret lucidissima: quia tamen illi Dei desuit gratia velut inermis nudusque succubuit: *Disce nihil fortius esse merito superbia gratia, & nihil infirmius eo qui, hac privatus est, etiam si numeris circumdatur exercitiis.* Non habebat Dei populus post vituli adorationem vitum vnum, non gladium vnum numero pauciores, sed eundem ipsa arma eademque populum, nihilominus qui pius ita diuino muniebatur auxilio, nudus evasit & viribus elumbus cunctisque ob peccatum hostibus expositus. Porro medius intercessit Moyses, damnumque tedinegravit.

Si summus ille Sacerdos solo illo peccato contra Deum commisso omnem à populo remouit consiliū protectionem; quid rerum agis ô Caipha, talis cæcior, hoc decernens, ut Deus occidatur? etenim ille est, qui civitatem hanc & populum sustinet, defendit & amplectitur. Hic est murus ille firmissimus: qui civitatem circumcingit: *Ego ero ei murus ignis.* Illum deijce & prosterne, & populus tuus tuæque civitas omni muro omnique priuabitur defensione, itaque nuda consistet, ut ventura sint Romani populum in captiuitatem ducturi, nulloque resistente substituri. O te rationis impotem consiliarium! O sine consilio consiliū! si Sydera, si planetæ conspirent in solem in eum illi invidentes: eumque de celo turbantes proponerent: quis non exclamaret: *ô propositum insulsum!* an ergo non attenditis: quod si solis lumen extinguatis, omne pariter velurum interibit: quantumlibet enim habetis, ab eo de-

D. Chry. Ho. 46. in Gen. To. 1

II. Ille bene munitus est, quoniam Dei gratia protegit.

III. Inspice

Caipha christi in occidenti

Zach. 2. 8.

IV. Similitudines de stellis: coluina & nautis.





pendit? Si illi qui in templo sunt quod columnam in medio sustentatur, conuenienter dicenturque hęc nobis obflaculo est columna, eam eueriamus. O fatuos: si namque columnam eueritis, necesse est ut templum contuat, totaque hęc fabrica collabatur vobisq; sui ruina contritos sepe- liat: ut Samsoni contigit. Quod si nauis nauis ve- ctis videretur illam aptam non esse, proinde con- siliium caperent, ut eam fundo demergerent: O mente captos, illam demergite, & omnes pariter cum illa demergemini: Stultos & infelices con- siliarios, an ignoratis, quod si stella sitis Dei cog- nitione fulgentes, & vester in mundo populus effulgeat, hęc soli Christo esse adscribendum? an nescitis totam hanc reipublicam esse templum, quod Christus sustentat & fulcit, cum omnia eius sacrificia, Sacramenta, ceremonie, ad illum significandum & representandum sint instituta, qui idcirco lapis vocatur fundamentalis & angu- laris? an hoc vos latet, ipsum nauim esse, quę ve- hitur Iudaeismus in hoc mundi pelago: tot impug- natus turbibus: quia populus est electus idcirco tantum ut ex illo Christus nasceretur? & dipol, infelices solem occidite, solem extinguite, solem caelo propellite, & perpetuis tenebris ac cecitate inuoluemini, qualis hodie infausti patiuntur: *Vs- que in hodiernum diem velamen manet super cor*

*1. Cor. 3. 15* eorum. Eia agite hanc euerite columnam: *Soluite*  
*ioan. 1. 19* templum hoc: & tota vestra funditus reipublica subuertetur, & vos ipsi mille calamitatibus attriti peribitis. Nauim hanc demergite, abyssu absor- bebimini miseriarum, infortuniorum, opprobioru & captiuitatis, quibus vos hoc mundi pelagus in- uoluet irreparabiliter.

Notandum cum Diuo Chrysothomo ad illa verba Davidis superius explicata: cum enim hic concilium hoc & consiliarios attenderet tantam admiratus mentis insaniam, inquit: *Quare fra- muerunt gentes & populi medii sunt inania: Eo- rum argumenta describit & vana dicit: hoc ete- nim est inania: an non tibi videtur hęc inanis quorundam cogitatio, quos videres conuenien- tes & seruo tractantes quę possunt meliori modo solem de sphaera sua propellere, vel ipsam ce- lum lapidibus inpetere? numquid non in ca- chinno erumpetes eoque exploderes? Qui solem inactetur aut in caelum lapides mittit rem vanam agit, & risu dignam.*

Ceterum opinor Davidem nedum voluisse de- clarare vanas fuisse eorum cogitationes, sed etiā perniciosas, quales sunt eorum, quibus pectus ar- det auaritia (quę illi flagrant) de quibus ait Apo- *1. Tim. 6. 9.* postolus: *Incidam in tentationem, & in laqueum*

*diaboli & in desideria multa inuilia & nocua V. qua mergunt homines in perditionem.* Desideria & Inuilia, & cogitationes inuiles eorumque saluti perniciosa nocium- sas, tales illi sibi proposuerunt: *Mediati sunt inuilia fuit Cai- phę con- & nocua.*

Primo inuilia fuerunt hęc desideria & vana: quandoquidem nedum opatum contra Chri- stum finem non sint assecuti? imo potius ipslem ipsis medijs suam Christum obtinuit intentionem, ac suam perfecit voluntatem, finemque imple- uit: cuius gratia in hunc mundum descendat: & eadem ipsa mors, ipsa fuit ob quam totum post se attraxit mundum, egitque ut omnes cre- derent in eum, nec non omnes illi se subderent corona, regna, & imperia: complens illud, quod prędixerat: *Ego si exaltatus fuero a terra omnia*  
*traham ad me ipsum, de quo perdoctę scripsit Di- uis Leo Papa, cuius sermone in Ecclesia in offi- cio matutinali recitat in festo exaltationis sancti Crucis. Sed non fuerunt vana dumtaxat eorum desideria & inuilia, sed etiam nocua: Inuilia post med. & nocua.*

Dicito mihi quare D. Chrysoth. si plures pa- lae manipuli conuenienter ut pręgrandem extin- guerent ignem, qui flammam suam attolleret claris- simam, & a longę splendidißimas: quoniam forent hęc propolita? nedum vana, sed etiam nocua: cum illi ipsi consumerentur, ignis autem flamas suas accenderet & potentiores & fulgidiores, at- que eo ipso quo ignem impugnarent, maiores ignis vires acquireret, ipsorum autem delerentur: *Si sanum contra ignem agere uellet Ec.* Sic illis contigit perditis hominibus, quos fecit manipu- los verę dixeris: si namque cunctis hominibus ex carne compositis uoluit Spiritus S. ut Isaias dice- ret: *Omnis caro sanum: Quamto melius hoc illis exprobandum, qui in omnibus & per omnia car- nales erant & sensuales? Considerent cael. illis ignis flammam adeo claras & efficaces, ut illis lo- lum uisus perturbentur & angustentur: Quid fa- cimus? quia hic homo, Ec.* Statuant inter se has flammam extinguere: concurrere male fausti: hęc etenim vestra propolita uos ipsos euerterent, uiresq; vestras ignis his eneruabit, qui in oculis totius mundi splendebit tauru clarus.

Planę diuinis & innumeris ijsque doctissimis VII. allusionibus exponit hoc Deus uari Zachariae. Ac- cedit cum angelus, aitque: *Lena oculos tuos, & phora- vide, quid est hoc quod egrediar.* Oculis attollit mystice Propheta & a longę conspicit vas mensurę uelut de Iudæis amphoram quę oleum aut uinum defertur hoc e- exponitur nima uox Hebręa significat Ephraim est, mensura. *Zach. 5. 5.* Domine mi quid hoc rei? mensura hęc seopis est oculo.

*1. Cor. 3. 15*  
*ioan. 1. 19*  
*1. Tim. 6. 9.*

*104. 12. 32*  
*Serm. 8. de Passione Domini post med.*  
*VI. Similitudo.*  
*1. Sa. 40. 6.*

oculorum omnium huius populi, vbi libet enim sunt, illos in eam collinant. *Hæc est oculus eorum in vniuersa terra.* Iterum levat oculos videtque massam velut si diceremus talentum plumbi: *Eecce talentum plumbi portabatur.* Deinde ait illi Angelus: & rursus circumspicit: circumspicit & mulierem notat hanc in amphora sedentem toto corpore suo, quæ quanto profundius intrabat, eo vas implebatur amplius. Domine mi, quæ hæc est? cui Angelus: *Hæc est impietas.* Iterum oculos circumspicit: circumspicit & ecce mulier toto corpore, brachijs, humeris, capite vas intrauerat totumque repleuerat ut nihil superesset: ilico notat talentum plumbi vasis ori superpositi, deinde binas aliunde aduolare mulieres, vt aures leuissimas, alis instructas milui, quæ amphoram hanc apprehendunt tolluntque per aëris vacua volitando, nec vllibi sistendo: *Inter caelum & terram.* Heu Domine mi, quærit propheta, quo terrarum abducunt illæ amphoram? in terram inquit Sennaar in campum Babylonis in quo turris est ædificata confusionis, ibi domus ei parabitur habitationis, ac basi superponetur toti mundo spectabilis: *Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar & stabilietur & ponatur ibi super basem suam.* Obseruato mysterio.

Elegit Deus Iudæorum populum, vt haberet qui sibi seruiret, eâ intentione illum plantauit in terra promissionis, solum obtulit auxilium, dedit illi templum, Sacerdotes, sacrificia, dignitatem, diuitias, non tamen in perpetuum sed eum delere decreuit, quâdo eo vltis eorum increuissent iniquitates vt in tantum impleterent mensuram, quantum amplius non possent implete.

Veram fateamur hanc D. Augustini doctrinam: à Deo scilicet certam solere designari mensuram peccatorum pro aliquo particulari, vel pro tota republica: nam donec ad illam ventum sit mensuram, talem personam aut rem publicam non euerit nec condemnat, sed patiens sustinet. Licet autem de hoc multa pateant. S. Scripturæ loca, tamen satis clarus ille est de terra promissionis: quibusdam, isque iustis rationibus dederat Deus Chananzis & Amortheis terram fructiferam, lacte & melle manantem, nō in perpetuum: sed donec ad certum numerum peccatorum accresceret eorum iniquitas: ad quem cum peruenisset, eos funditus deleuit: vnde quando Abraham terram illam ostendit, eamque illi & nepotibus suis pollicitus est: non tamen eam continuo tradidit, nec adirese voluit Chananzis, quia nondum præstituram impleuerant mensuram peccatorum: *Idcirco Abrahæ dixit: Necessum est*

*pleta sunt iniquitates Amortheorum.* Completa tuit hæc mensura respectu quorundam in diebus Saul, quo tempore illos exterminauit: hanc terram tradidit Iudæis possidendam quos perferret, sustineret atque in ea conseruaret, donec eorum malitia ad summum pertingeret culpæ altitudinem, & scelerum mensuram adimplerent.

Hæc est illa, quam vt ipse ait, semper intuebantur per omnem terræ regionem: *Hæc est oculus eorum in vniuersa terra.* Quam bene describit conditionem & modum agendi Iudæorum cum Deo: vbi libet enim habitabant aut erant, nunquam alicui rei sic intendebant, quam vt Deum iniurijs prouocarent sceleribus, & multigenis irritarent idololatris. Dum eos in terram ducit promissionis deserunt vendicant Ægyptiaca, statim peccatum illud, velut rebellionis suæ quoddam iecerunt fundamentum: vituli scilicet adorationem: ita vt semper hoc pedem in illis fixerit, & illi in moribus Deo peruerses, & Deus contra illos perfleret semper indignatus: toties illum eo in itinere prouocauit, vt egressi cum essent de Ægypto, quatenus Deo famularentur, nō videatur, quod quidquam sic cordi haberent, quam vt eum grauius irritarent. Illius terra iam hermati possessores, quid aliud operati sunt, nisi vt se vitijs omnibus tradere in corrigibiles ducti in captiuitatem Babylonicam à primæua illa peccandi consuetudine minimè destiterunt, vbi-cumque terrarum erant oculos non habere videbantur, quam vt attendere qua ratione Deum irritaret. Mittebat Prophetas, illos occidebant: incresebat eorum quotidie mensura peccatorum: porro adhuc multum supererat ad integram mensuræ completionem.

Prodit in mundum Christus, acerbam illi mouent persecutionem, illum nunc lapidibus obruere, nunc capere moluntur. O mala sorte nati, sic illis Christus, an ignoratis, quid terū agatis? quod facitis facite citius: *Implete mensuram patrum vestrorum.* Alta mente considerate, quod ex hoc, quod agere prætenditis, mensura scelerum vestrorum implebitur: quia per hoc eam impleuerunt & scelerum vertex ad summum accessit, quando Dei filij occiderunt: quia quid præter hoc magis superest contra Deum agendum? hoc modo concluditur, & per hoc iam perfectè mensura completur.

Hoc est quod quingētis ante annis prædixerat Angelus Danieli, quod in principio propofuimus, *Consumetur prauaricatio & finis accipiat peccati.* Et quod à bis mille annis prædixerat Iacob: *Uersis uersis iniquitatem.* Cadit igitur super amphoram plumbi talentum,

20 Di IX. Iudæorum peruersa nequicia.

VIII. Certam Deus statuit mensuram peccatorum. Gen. 25, 16

X. Titus & Vespasianus duobus milibus comparantur.

talentum, id est, obdurata perversitas, & quid superest? ut misera illa deleatur respublica: veniatque illae leuissimae mulieres Titus & Vespasianus alis Milibus id est imperij Romani instructi potentia; quia ut Milibus vngues toti illi iniecerunt regioni, illam euerterunt, sibi que subegerunt: nam illam inuenientes muro priuatae, Deique fanore & subsidio deilitatam illam detruerunt, in captiuitatem abripuerunt, iamque per totum quatuorversum mundum profugus populos ille oberrat incerti latis: *Intra caelum & terram*: ut iam nullum locum possideat. ut suum, non vnam ciuitatem, non vnam villam, non vnam domum, non vnum templum, non vnum altare: moratur dumtaxat in terra Babyloniae, id est, confusiois & contemptus; in hac sedet & oculis expositus super basem scelerum suorum, ut iam totus agnoscat mundus, populum hunc merito tanti subici calamitatibus ob tam execrandam commissam iniquitatem.

Hoc est, o mortalium insauissimum Pontifex, quod modo decernis, hoc est, inquam, quod ciuitati tuae, populo, temploque acquiris incommo- dum. Hoc est, quod Pater tuus praedixit Iacob a te faciendum illum occidendo, tuamque perieram implendo voluntatem: *In voluntate sua suffoderunt murum*. Heu impudentes adolecentes Eliseo Vati illudentes: *Ascende Calue*, *ascende Calue*; Festinate velociter, & in seelere peruenire: breui namque duos de filiis prodeuntes percipietis vros velocissimos & leuissimos, qui vos membratum disceperant: pueros illos contem- plare similes illis, de quibus ait Maia: *Pueri centum annorum morietur & peccator centum annorum maledictus eris*. Pueri: quia lex, sub qua vivebat, lex erat puerozum: pueri subannatores in magistri insurgunt Eliseum, Christum scilicet acclamantes illi in iheric: *Ascende Calue*.

Non vacat mysterio, iuxta D. Augustin. quod olim exclamarint, *Crucifige quid est dicere: ascende calue, nisi ascende in crucem in loco Caluarie?* Caluariam ascendat, & in cruce mortem crucis patiat: confestim duos videbis erumpentes vros Titum & Vespasianum: hi namque, ait D. August. (quem praevenerat D. Hieron.) designabant illos & vos in frustra disceperent, atque per totum mundum diuisos disparient, peritatos omni ordine, statu, dignitate, templo, lege, sacrificio, & Sacerdotio; hoc imperium in Daniele praefiguratum per tibias pedelque fetreos illius statuae, virga illa erit fetrea, quam dixit David qua vos confringet, disceperet, & conteret, velut vas signi: *Reges eos in virga ferrea & tanquam vas signi confringet eos*; ob quam iniquitatem petra-

XI. Iudas perierit. Ilicum irridetibus similes sunt. 4. Reg. 2. 23. Ista. 65. 25

D. Avo. Ser. 204. de temp. T. 10. Epist. ad Hedib. 9. 8. ad fin.

Dan. 2. XII. Romanus Impetium virga est fetrea. Ista. 1. 9.

petrae subiacentibus servituti: nam hoc, ex censura D. Chrysostomi praedixit his verbis Psalmogra- phus: *Dorsum eorum semper incurua: id est incurua ad opus perpetua servituti*.

Ex hac ratione perierunt illi, atque haec eorum tota nostram roborare debet fidem, me- tumque incutere prout diximus Homilia de vi- nea: & sicut Deus ostendit illis Aegyptios inter vndas submerios, sic nobis ludaeos ostendit triste spectaculum. Admirantur omnes toties repeti- tam Pharaonis historiam: illum etenim eoque exercitum Dominus medijs submersit fluctibus, nec his abstulit: sed insuper populo suo per lit- tus ostendit eorum sparsa cadavera: *Viderunt Aegyptios mortuos super litus maris, & manum mag- nam quam exercebat Dominus contra eos*. Quis in- de fructus? *Timentique populus Dominum & credid- derunt Domino & Moysi seruo eius*. Ecce quis est factus: timoris scilicet & fidei, viderunt inquit cadavera populi, ut multitudine ita potentia praec- clarissimo, quodque omnipotens Dei manus in eis fuerat operata. An ergo sunt Deo manus? & concesso quod habeat, an vna magna, & altera parua: ut dicatur: *Viderunt manum magnam, quam exercebat Dominus*: Manus Pitati Sacrae Scripturae dicuntur: appatitotes: *Misi Herodes Rex manus, ut affigeret Eze*. De Pilato dicitur: *Apprehendit Iesum & flagellavit*. Non hoc per se, inquit Lyranus. Implevit sed per manus suas, id est, iustitiae satellites. O quam efficax est manus immensum hoc mare: deinde qualem ex- ercitum illius vnde suscitavit per illos ministros Romam apprehendit: illos misit Deus in popu- lum illum perduellem: *Inclusit eos fluctibus*. Fluctibus illis abstulerunt iactantiam, castum & vnam, quos in diversa rapiebant, nunc hac, nunc illac donec allos ad vnum omnes praefecerunt: *Viderunt eos, Eze*, *crediderunt & timuerunt*. Prae- monuit illos Deus, quod illud quod fecerat illis in gratiam populi sui, idem faceret contra ip- sos in iustum rebellis eorum supplicium. Quam obstitunt illi refractarij, velut Pharao, tantis prodigijs & miraculis Christi Salvatoris iam se illi submittebant humiles, iam superbi res- sistebant tandem decernerunt ex omnibus viribus suis collectis in vnum; exercitum conflare atque passionis illius rubrum intrare pelagus, in quo tantis Christum tormentis affixerunt, tantis pla- gis vulnerarunt, tantis ignominijs profrenserunt, & probrosa tandem morte trucidarunt. Remittit Deus fluctus aquasque populorum, Romani scilicet Imperij, ut in illos insurgerent aduersarij: *Aqua multi, populi sunt*. Ecce quam illos trahant omnia

Ho. 18. in illud ad Rom. 21. Dorsum eorum &c. Ps. 68. 24.

XIII. Pharao submer- sus ex- plo ser- uavit ludaeis Ezo. 14. 31.

A. 7. 12. 1. Ioann. 19. 11.

omnis

omnis vitæ experies : hoc est, sine templo, sine Rege, sine Sacerdote : iam enim in se hæc illa Synagoga vitam perdidit, atque inter vndas gentium submersa contemnitur, vt nec locum habeat, quem sibi proprium queat vendicare. Quanta confusione replentur? *Disperge illos in virtute tua. Ecce manum validam.* Quis hoc, nisi Deus potuisset efficere? verum quomodo sic populum electum dilectum & filium suum acriter excepit? cur omnem illi honorem abtulit & nominis dignitatem? primo: certum tibi sit hoc illi euenisse in tanti sceleris penam, quod Deum occidere præsumperit, scias hoc Deum esse iustum huius operis effectorem. Secundo time: *Noli alium sapere:* Si namque sibi proprijs ac naturalibus non peperit misericors: quid tibi speras euenturum aduenæ incerto & peregrino? *Si naturalibus ramis non peperit &c.*

XIV. Arbitror Apostolum spectare facinus Regis Saul. Copias suas militares colligit Naas Rex Ammonitarum & corona cingit militari labes Galaad: animo deponendæ illi, viribus infirmatur, suppetias recurrent à populo Dei: quo audite hoc: *Omnis populus leuauit vocem suam & fleuit.* Accurrit Saul electus Rex ex agro deducens boues, interrogat quid hoc rei? *Quid habet populus quod plorat?* etenim hoc optatæ Regis minus est, cum populum videt afflictum de ei succurrendo cogere concilium. Respondetur illi: tristibus populum afflictum rumoribus ob incurSIONEM factam per Naas Regem Ammonitarum, cui resistendo copiarum postulabantur auxiliares. Audit hæc Saul, & spiritu charitatis accensus Zeleque feruens in Ammonitas: bellum illis indicere pronuntiat: vt autem populum excitet ad pugnam animosam & intrepidam, boues suos membratim dissecat, partesque eorum cunctis remittit populus in hæc verba: *viuit Dominus: Quicumque non exierit, & secutus fuerit Saul sic fiat bobus eius; vt autem populus facinus hoc Regis conspexit, quod boues scilicet proprios ipsis spectantibus membratim diuisisset, hortor nimius timorque maximus omnes arripit: hoc enim est, Timor Domini inuasi populum: Vnde confestim conueniunt de Israel trecenta millia, & de Iuda triginta millia: omnes leones feruentissimi: quocirca in apertam fugam compulerunt Ammonitas. Boue Deus. Quid non effecit, quod Rex præsentis populo proprios occidit boues? Quid faceret si proprios iugularet filios? O quanto te debet timore percellere, dum Deus te spectante, proprios mactat boues ( id est populum suum ) quos Hieron. Bapt. de Lanua, Tom. III.*

membratim diuisit & dissecat, eum tamen rami essent naturales, populus electus, quem semper vt filium fouerat charissimum. Alta mente perpende quid tecum sit astutus? & si proprio filio non peperit, in extirpationem peccatorum: quid tibi facturus est inimico, extitaneo, aduersario? cave tibi, dum supplicium attendis quod Deus de proprio sumpsit filio in tuorum potiam peccatorum. Quomodo te excipiet? an pariet?

§. 8. Expedit vt vnus vnus. Ignis fuit hæc sententia Pharisæorum, qui succendit Hierusalem, vt descripsit Ezechiel.

IN prædictis hoc eleganter descripsit Zacharias, sed stylo non inferiori Deus per Prophetam Ezechiel præcipit illi vt primo pennis delineet in luteo latere ciuitatem Ierusalem, templum illius, turres, palatia, fora, plateas, fontes, domus, murorum circuitum: deinde ait illi, *Sume tibi gladium acutum radentem pilos & duces per caput tuum & barbam;* non capio: qui fieri potest, vt quis sibi nouacula caput radat & barbam? sit ita: quid de illis faciendum? cunctos assumes, & iustissimo pondere in tres equaliter sic diuides partes, vt ne vnico capillo vna superet alteram. Fauet mihi Deus, quam debet hoc pondus esse iustum vt vnus capillus plus vel minus bilancem declinet in alteram partem: tres illas partes cum sic diuiseris, vnam harum in medio combures ciuitatis, hic in cineres redigetur, alteram discindes forcipibus circumcirca ciuitatem vt ibidem in nihilum conuertatur: tertiam in aëra disperges, quam vento raptam stricto persequeris gladio; ceterum ex illis paucos colliges eosque vellis tunc sinitrix alligabis: deinde eorum præcipuos collige, & in medio illius colloca lateris, in quo Ierusalem descripsisti, vt sint velut in medio eius, ignemque succende: hæcbit autem videre ex hoc nec veltigium quidem illius remanere Ierusalem, nec lineam nec vllum indicium. Ita textum explicat modernus auctor satis conformiter sententiæ D. Hieronymi.

Plura sunt hæc mysteria quam verba & superant Sacramenta litteras, passim notum est quod per caput Prophetæ, subintelligeretur Ierusalem, quæ caput erat populi Dei sita in altiori loco, de qua ait Isaias: *Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei.* quasi dicat in loco præcelso & alto & frugifero: sic enim alia littera declarat, *In loco* K k k k k k *excelsi-*

Allegoria de Ezechiele radente pilos suos. Ezech. 5.1

II. Per crines  
cines in-  
telligun-  
tur.

Isa. 15. 2.

Isa. 7. 20.

III. Iudæi tri-  
plici mo-  
do puniti  
sunt.

IV.

Prauum  
consilium  
cōsulenti  
In Mira.  
Eccli. 27.  
31.

excesso & uberi: & sicut caput, superior erat in medio mortalium, sic declarat ipse Deus dum ait: *Isa est Ierusalem, in medio gentium posui eam & in circuitu eius terras.* Eius habitatores erant crines qui ex illa nascebantur & alebantur: & pharisæi. Et Sacra Scriptura, quando Deus indicabat se velle civitatis consilium delere habitatores, illud hoc symbolo declarabat quod raderet illis capillos: *In cunctis capitis eius calvarium, & omnis barba radetur.* Hoc Deus acturus erat in poenam peccatorum illius civitatis: nempe, quod novaculam esset sumpturus crinesque deraturus. Novacula hæc intelligitur Nabuchodonosor, sic enim vocante Propheta Isaia: *Radet Dominus in novacula condantia caput, &c.* Accurrit Tyrannus ille ex singulari diuinæ iustitiæ præscripto contra Ierusalem omnesque rasit capillos: quia omnibus ipsa nuda spoliatur: porro licet tam innumerabilis esset populus, ne credideris supplicium hoc iniustum fuisse cæco vt dicitur, verberare, cunctosque Deus non rite perpenſis eorum criminibus hæc poenā multauit: etenim illatera esset capillorum: quidam eorum intra civitatem sunt incendio consumpti, alij mortui & gladio cadente circa civitatem membratum diuisi, alij verò turbius furente potestatis Nabuchodonosor abducti captiui in Babyloniā, quos tanto metæ percussos abduxit, quo semper percellerantur, ac si post se mortem & gladium cernerent irruentem. Misera hæc captiuitas annis durauit septuaginta. Illis euolutis, ex ijs ipsis qui captiui fuerant collegit quosdam, non omnes: etenim maior pars eorum in illa mansit regione, quæ captiui fuerant & se per quatuor mundi cardines diuiserunt: quosdam dumtaxat Deus reduxit in Ierusalem in diebus Eisdæ Sacerdotis: ipsos autem conseruabat non in manibus, non in brachijs, non in humeris, non in pectore, non in cingulo, sed in simbria vestimenti sui id est humanitatis suæ, quæ ex illis erat ori-tura: nam in eum sinem fauebat illis, fouebat illos & amplectebatur: ita vt terram illam & civitatem denuo repleverint.

Porro tandem eo res deuenit, vt eorum præcipui igne inuidiæ exarserint avaritiæ & suber-consilium bit in medio eius, hoc est in consistorio Ierusalem. Prauum consilium in damnum eorum, ait nocet. Plutarchus: *Consilium malum, consiliori pesti-mum.* & Salomon *Faciens nequissimum consilium Eccli. 27. super enim deuoluitur.* Consilium quod satrapæ in perniciem Daniels regi suaserunt, Deo: rerum mo-letatore, in ipsorum celsit & puerorum &

vxorum damnum irreparabile: *Consilia enim* (vt Orat. de credo Diuo Basilio) *qua contra bonos mores dan-tur in propria capita eorum, qui consulant, re-tynd.*

Ingreditur Aman Regi locuturus & consilium propositurus, sibi suggestum in necem Mardo-chæi, quatenus executioni mandaretur: dum autem sibi persuadet, interrogante Rege ab eo modum, quò fidelissimus illi feruus atque incorruptæ fidei subditus deberet honorari, non alium quam se à Rege intendi vt honoraretur dignitate & præmio sibi conveniente decernit Rex; vt eadem ipsa dignitas ac præmium, Mardochoæ conferatur, & in concessu totius populi, perque omnes vrbes plateas honoretur: ipse vero Aman eidem illi paribulo, quod Mardochoæ præstiterat affigetur: *Qua contra bonos mores dantur consilia, in propria capita eorum, qui consulant, redundant.*

Quantum consilio illos ridet D. Ioann. igne consumi: *Quid facimus quia hic homo multa signa facit &c. ascendit ignis hic ad summum vique verticem. Quenam hinc orta sunt? quod ex eo tota Civitas exarserit, tunc illius, templum, diuitiæ, Palatia, domus & murorum ambitus: quia in condignam mortis Saluatoris poenam atque tam horrendæ iustum nequitiæ supplicium, suum illis Dominus auxilium subtraxit, & suæ inutilissima dicit propugnacula defensionis. Quocirca fas erat Romanis nullo resistente illam intrare civitatem & funditus euertere: quatenus illud Christi vaticinium impleteretur, quod offensus lacrymis illis pridem prædixit: at: quod scilicet ex tot pulcherrimis & pretiosissimis structis ædificiorum templo, palatio, turribus, atque murorum circuitu lapis super lapidem non remaneret non subuersus illudque accidit quod ait D. Augu- D. Ave- stinus: *In historijs legimus, quod tunc cricis cen- Ser. 204. tena hominum milia ex Iudeis fuerint Hierosoly- de temp. mæ congregata, ex quibus ferro & fame undecies To. 10. centena milia legimus esse consumpta, & centum V. milia iuuenum Romanis perducti sunt in triumphum: Quot pe- duobus enim annis obsessa est ciuitas illa, & rari- rierint in- vltima rit ipsa cadauera coaquarentur. Hæc ipsa sententiâ Romano- rum obfi- proprium sibi damnum conciliarunt; hic ignis fuit qui miseris illos consumpsit, Expendit D. dione, Augustinus quod Dauid illos Spiritu prævidetur prophético & opinatur præfatus Doctor esse quod- dam**

dam colloquium Davidis cum Indis in concilio  
 contra Christum congregatis; iam locutus  
 est de illis Psalmo secundo. *Quare fremuerunt  
 gentes, & populi meditati sunt inania adversus Do-*  
*minum & aduersus Christum eius; videtur hic*  
*Dauid iurare concilium & coadunatos sub præ-*  
*sede Caipha his verbis alloqui: Si verè vitique in-*  
*fernam diligitis; rectè iudicatis filij hominum. Re-*  
*ctè vocat illos Filios hominum, & non Dei, nec*  
*Abrahæ: etenim considerat eos esse, qui bus iam*  
*dixerat: Filij hominum vsquequo graui cordes quo-*  
*sine ducti concilium intratis? an forte, vt ea*  
*quæ sunt iustitiæ boni publici decernatis? si hoc e-*  
*na sunt, rectè iudicatis, eo animo conuenitis quo*  
*vultis declarare iustitiam: vt quid ergo ore tan-*  
*tam profertis iniquitatem; an vos ipsi non dicitis:*  
*Ita homo multa signa facit? an quid ab ipsa*  
*conuicti veritate ore vestro eius fatemini mira-*  
*culat igitur hoc scitote, vos ad rectum ferendâ*  
*de eo iudicium esse constitutos, at cor vo is est*  
*peruersum: Etenim in corde iniquitates operamini*  
*in terra. Non est in corde vestro, qui moueat,*  
*plana nisi veritas: interim peccata peccata cumu-*  
*laris: iniquitates manus vestre conuertunt. Funem*  
*ex pluribus torquetis flagitijs. Iam vos video vt*  
*aspicis indignatos: Indignatio eorum secundum sim-*  
*ilitudinem serpentis obturantis aures suas, qua*  
*non exaudit. Quocirca sic Diuus Augustinus:*  
*Attendite fratres, non vnicuique datur similitudo*  
*de scriptura laudatur ipsa res, sed tantum inde*  
*similitudo trahitur, non enim laudauit iniquum*  
*inducem, qui noluit audire illam uocem, qui nec*  
*Deum timebat nec hominem reueletur, & tamen*  
*inde similitudinem Dominus traxit, nec illum lau-*  
*dit: dicitur pigrum qui tres panes non per amicitiam de-*  
*dit potentis, sed tadio uictus, & tamen inde simi-*  
*litudinem dedit: de rebus ergo non laudandis tra-*  
*huitur secundum quendam modum similitudinet.*  
*Alpides suis conclusæ antris veneno abundant,*  
*non audiunt imo refugium & execrantur in-*  
*cantatorem, qui prælijs suis ac clamoribus*  
*cas conatur euoca e. Qui agunt? aures sibi ob-*  
*stant unam terrâ, cui se allidunt, alteram vo-*  
*cis cauita: Marsus incantat, vt educat aspidem de*  
*tembrisa cauerna, vitique in lucem vult educere,*  
*illa autem auando tembras suas, quibus se inuolu-*  
*ta occultare dicitur recusans exire, & audire illas*  
*voce, quibus se cogi sentit, alludit unam autem*  
*terra & de cauda obrurat alteram, ne audiat vo-*  
*cem medici incantantis sapienter quid sit hoc vult?*  
*in cauda posteriora vitique intelligenda. O vos*  
*apertes, venienu nempè turgidi in obscuro mali-*

tia vestra latentis cauerna, quos supremus ille  
 medicus & incantator inle querit educere; nec  
 miremur vocari illum incantatorem: quod enim  
 legimus: Ego lactabo eam. Alij legunt: Incantabo  
 eam. Si præberent aures, sanarentur: sed autem  
 unam animæ suæ terræ affigunt id est boni affi-  
 ciuntur temporalibus, & alteram caudâ obtu-  
 rant, illo posteriori: Venient Romani & tollent lo-  
 cum nostrum & gentem. O Miseris miseriores, hoc  
 agite: Vt Deus conterat dentes in ore ipsorum:  
 prateritis suis peccatis delictabantur & præsentem  
 vitam nolebant admittere: unam autem claudabant  
 ex delictatione præteritorum, aliam ex delictatio-  
 ne præsentium: ideo nolebant audire: nam unde  
 est illud. Si dimiserimus eum sic, venient Romani  
 vitique nolebant venire, ad terram colliserunt an-  
 tem suam & ideo audire noluerunt illa verba me-  
 ditata. & sapiente. Unde hanc protulere senten-  
 tiam: Expedat, vt unus moriatur homo. O per-  
 duelles & sediti, si! Deus conteret dentes eorum  
 in ore ipsorum. Quid est in ore, ipsorum? ut ore  
 suo sententiam pronuntians, coegit illos ore suo  
 sententiam dicere.

His conformiter refert Diuus Augustinus  
 quandam inductionem: illi Christum mordere  
 conati sunt sententia suæ dentibus: sed illis ip-  
 sis oris eorum dentibus ipsos mordet: videamus il-  
 los accedentes Christum & de tributo versipelles  
 interrogantes: Si licet, & si nos infferit persol-  
 uere, dicemus esse malitiosum nostræ gentis: si  
 dixerit nolite persolvere, tenemus enim quod con-  
 tradixerit nos deuotos esse Cesari: talem bicipitem  
 laqueum quasi capiendâ Domino proposuerunt. Sed  
 ad eum venerunt, qui nouerat conterere dentes eorum  
 in ore ipsorum ostendite, inquit, mihi numisma  
 hoc. de tributo soluendo cogitatis, iustitiam face-  
 re non vultis, concilium Iustitiam queritis. Si  
 verè vitique iustitiam loquimini, rectè iudicatis  
 filij hominum, nunc autem quia alia loquimini,  
 alia iudicatis, Hypocrita estis quid me tenta-  
 tis? ostendite mihi numisma & demonstrauerunt  
 ei: & ille non dicit: Cesari est, sed interro-  
 gat cuius est, ut eorum dentes in ore conterere  
 ret, querente illo dixerunt, Cesaris, iam nunc  
 conteret dentes, in ore ipsorum; reddere qua  
 sunt Cesaris Cesari, queris Cesar imaginem suam,  
 reddite: queris Deus imaginem suam reddite,  
 non perdat ex vobis Deus nummum suum: non  
 perdat ex vobis Cesar nummum suum. Ita  
 que confingit dentes eorum in ore ipsorum,  
 sic vt: Nemo amplius ausus sit aliquid interroga-  
 re.

Of. 2.  
 14.  
 VIII.  
 Lucæ  
 orum  
 percut  
 ta ne-  
 quitia.  
 IX.  
 Chri-  
 stus  
 cōtri-  
 uit de-  
 tes eo-  
 rum  
 in ore  
 ipsorum.  
 Pro.  
 28



Prosequitur idem propositum Augustinus quādo à Christo p. reuocari sunt: In qua potestate, **Mat. 21.24.** *Et ego interrogabo vos unum sermōnem. Bap-  
tismus Ioannis unde erat: ut si quis responderent  
contra illos esset, noluerunt dicere, ex hominibus  
timentes homines, ne lapidarentur ab ipi: quia  
Ioannem prophetam habebant: dicere de caelo plus  
formidabant, ne saterentur ipsum Christum, cui  
Ioannes testimonium perhibuerat: Responderunt,  
nescimus. Illi calumniam preparabant interrogan-  
tes, in qua potestate, *Et ut si diceret, Christus  
sum, quasi arrogantem, & superbum inuaderent,  
noluit dicere Christus sum sed quasi de Ioanne,  
Et. Illi non sunt ausi reprehendere Ioannem ne oc-  
ciderentur à populo, nec dicere verum dixisse Ioan-  
nem, ne diceret eis credite illi, obmutuerunt di-  
centes se nescire. Iam mordere non valabant con-  
trixit dentes eorum in ore ipsorum. Idem prosequi-  
tur de Pharisaeo quando de Christo tulit hoc iu-  
diciū: Hic scisset propheta, *Et. Verumtamen  
paruit hoc clarius in hoc concilio. O Nebulo-  
nes: quā acutos in Christum dentes ostendi-  
tis: mordete: nam vestros ipse in ore confin-  
get dentes: quandoquidem per hanc eandem  
sententiam à vobis in illum pronuntiatam, vos ip-  
sos perdet, consumet, & euertet: deinde addit:  
Mala Leonum confringet Dominus, Erant ipsi po-  
puli Iudaici Leones: iam eorum molas confre-  
git id est, vires enervauit: Ad nihilum deuenient  
tamquam aqua decurrens. Decidente pluuia per  
canales defluit aqua, pluuia suspenditur, aqua  
praeterfluit, folique remanent lapides: Sicut cera  
deleatur & liqueat: Super cocculus ignis & non  
videtur solem: illos considera quā excelsa ta-  
pe coram tali luce & tali sidere. Sed vnde hoc?  
quia in ore proferebant iustitiam & in corde  
ceclabant iniquitatem. Hoc est quod agitis. Fla-  
gitiofi atque in vobis Dauidis implebitur otacu-  
lum: nam cum omnes adhibeatis vires neruof-  
que intendatis, vt patietem propellatis incli-  
natum: ipse vos omnes conteret & ossa cun-  
ctorum destruet, quō fiet, vt tantā lapsuri  
sitis ruinā vt caput amplius attollere nequeatis:  
**Pf. 61.4.** *Quosque irruis in hominem, interficis uniuersos  
X. vos tamquam paruos inclinatos & maceris de-  
propria pulse.*  
Hoc vaticinus vobis Christus prænuntiauit:  
dum diceret: *Super quem ceciderit lapis iste, con-  
teret eum: Spectans illud praclarum Isaie vati-  
cinitium: Propterea erit vobis iniquitas haec, sicut  
Isa. 33. 33* interruptio cadens, & requisita in muro excelso,***

*Et. & comminatur sicut conuertitur lagena sigili  
conuisione perualida, Et. non inuenitur de frag-  
mento eius testa, in qua porietur igniculus de tu-  
cendio, aut haeriat parum aqua de fonta. Ex  
praedictis posse iudicio declarari quaedam eiusdem  
Isaie verba: *Ve, qui praedaris, nonne & ipse pra-  
daberis? & qui spernis, nonne & ipse sperneris?*  
cum consummaveris depraedationem depraedaberis:  
cum fatigatus deserti contemneris, contemneris.  
Mytica sunt haec verba, & nonnulli ea dicta au-  
tumant Regi Assyriorum, in quo completa esse  
conspicimus: alij vt dicta diabolo: alij vt dicta  
Iudaeis: opinor ego illa à Spiritu Sancto omni-  
bus inuata. Regi Assyriorum, velut in figura:  
diabolo & Principibus Iudaeorum sicut in figu-  
rato. Pari gressu parique animo diabolus & hoc-  
ce concilium Christum impugnant. Omnes vt  
furbundi canes, quatenus suam hanc certiam  
humanitatis Christi comprehendant: eorum ne-  
gocium in hoc Concilio ad summum peruenit  
fastigium: vt in principio diximus. An ad vlti-  
mum verticem vestra processit malitia vt illum  
capiatis? ex hoc ipso vos capiemini. Hoc etenim  
est: *Cum consummaveris depraedationem depraedaberis.*  
Ad vestram propeitate venationem, vos ipsi ve-  
natione capiemini: Christum contemnite, illum  
infami Crucis patibulo suspendendo velut homi-  
nem Reipublicae vestrae perniciosum: hinc enim  
vile etius toti mundo perisema: *Qui spernis,  
sperneris.* Quando fatigati & afflicti in perleguen-  
do Christum in concilio vestro onus vobis impo-  
netis, dicendo: *Quid facimus quia hic homo &c.*  
tunc per vniuersum mundum summam vobis ac-  
quiretis ignominiam. Haec ipsa mors, vos ipsos  
interficiet, haec ipsa ignominia vos ipsos modo  
reddet infames & ignobiles, quales vix vlli fue-  
runt, hic erit conciliabuli vestri in Christum esse  
fectus: etenim. *Qui habuit in caelo irruerit eos, Pfal. 24.  
& Dominus subsannabit eos, & in favore suo con-  
surbabit eos.* Quid illi nequam non effecerunt in  
Christi detrimentum? sed humens eorum incidit  
omne pondus: hoc etenim est principium ma-  
lorum operum: vt quidquid delinguit iniustus,  
sibi delinquat sic audio Dauidem: *Dixit iniustus, Pf. 33. 1.  
vt delinquat sibi: sic legit D. Ambrosius, & nos  
alias diximus.*  
Compleatur illud de psalterio: *Gladius eorum  
iniret in corda ipsorum. Ipse gladius, Domine mi, 22  
quem in te denudant illos transfodiat. Agito, Pf. 36. 15.  
amice, quidquid animo sederit contra Deum, XI.  
tu tuis indulgeto delicijs: ad nominis eius igno-  
miniam: & tuas augeto facultates ex pauperum de-  
budatio.**

demidatione: tuae studeo dignitati, mendacijs, dolis, & proximi calumnijs atque detrimento: sed hoc persuasum sit tibi, quod eo ipso ad tuam properabis ruinam & proprijs nominis infamiam. Oculos ad inferna demitte, ut eos Vates Ezechiel inclinavit, quem Deus in Spiritu eo adduxit ut damnatos omnes intueretur: atque se vidisse illos *Cum armis suis*, id est suis ipsijs armis ibidem captivi tenebantur. Hunc eo traxit sua avaritia & inexplebilis habendi cupiditas, quæ per fas & nefas opam suarum studuit incrementis: qua de causa ibidem extrema laborat & laborabit in æternum inopia. Hunc eo detulit propria sensualitas: etenim carnis semper sectatus est delicias: idcirco flammis patitur ardentissimas quas ipsum cælum nunquam videbit extinctas: alium eo propria deiecit ambitio, qui ut sua satisfaceret præteritioni in varios dilapsus est pecculatus & nequitas: hunc perpetua detinet abiectione & ignominia Luciferi subditum, à qua servitute nunquam liberabitur. Tuas sectare voluptates, tuisque per omnia appetitibus faue inordinatis, ignis concupiscentiæ tuæ flagret ardentissimus: hic etenim te in perpetuum consumet tuisque futurus est carnisæx perpetuus, tua confusio, tua poena, tuaque damnatio.

Ezech. 32. 27.

XII. Nūquam vitendum est medijs pervertis.

Prov. 12. 3. D. Chryl. te. Hic proponit D. Chryl. concionem parenibus peritilem, qui quatens filijs suis Crasti cumulent opes, medijs vitantur pervertis, iniustis, Deoque contrarijs. An hoc agis: igitur eo ipso tibi, ut verum pronuntio, non hoc felix cem sortietur effectum: (a) Si filije vis iradore divitijs, posside iustas, si vlla tales sint: hæ enim manent stantque firma ac stabiles que autem non sunt huiusmodi, cito pereunt. Quid familiam summi subvertit Sacerdotis Heli, nisi inordinatum illam conservandi desiderium? Ideo namque suos noluit contristare filios, ne ex merore deficerent: unde latam hinc sumperunt peccandi licentiam, & gravibus Deum irritandi sceleribus: adest Dominus, illic per Prophetam puerulum adhuc & minorem Samuelem significat: quod ex ea causa domus illi deleteretur, nec

in ea successor viveret, qui non morte hinc excederet immatura: *Non eris senex in domo tua* 1. Reg. 2. *omnibus diebus, &c. Et parv magna domus tua morietur, cum ad virilem ætatem venerit. Quid plura? hanc Spiritus Sanctus sententiam statuit ut irrefragabilem: Iustitia elevat gentem, misericors autem facit populum peccatum.* Vnicum sufficit peccatum quò plures exterminentur populorum nationes & familiæ: etenim vnicum peccatum causa fuit, ut plures regni Saul interirent familiæ: tu videris, an plura possint vnam peccata deletæ familiam.

1. Reg. 2. 33. Prov. 14. 34.

§. 9. Principum malitia civitates evertit, sicut horum perdidit Hierusalem.

**E**X prædictis liquido probatur radicem & principium efficax eversionis Ierusalem fuisse malitiam Principum & Republicæ rectorum de quibus iam in præmissa Prophetia vaticinatur, illos ipsos fuisse qui: *In furore suo suffoderunt murum*, q. d. ianuas illi aperuerunt & planam præbuerunt Romanis ingressum, quando illam everturi convenerunt. Optima nitebatur Apostolus ratione, quæ cunctis præscribebat fidelibus, ut illud imprimis & præ ceteris curarent, ut preces fundere pro Regibus, Principibus, Gubernatoribus, & omnibus republicam administrantibus: *Obsecro primum, orationum fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones: pro omnibus hominibus, pro Regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt: ut quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate & castitate.* Nouerat Apostolus medium efficacissimum à Christo Domino Ecclesiæ traditionem ad necessaria quæque obtinenda esse orationem: quodque sufficienter dicat, providisset, suosque fideles præmunisset, licet omni videretur subsidio destituti, illa scedula deprecatoria, his concessa: *Petite & accipietis: & quidquid orantes petitis, credite, quia accipietis & fiet vobis.*

23. I. Apostolus cur iubet orationes fieri pro superioribus. 1. Tim. 2. 1.

Cum cerneret quam esset republicæ necessaria Reges esse Principes & Præfides, tales quales muneris convenit: statuit ac decrevit ut hæc inter primas numeretur sollicitudo, quæ pro ipsis Deum ceteri deprecetur: ut autem eleganter notat Divus Ambrosius præfata verba dilucidans, non satis fuit Apostolo petere tales quales orationes, sed omnis generis, & omnibus partibus absolutas: has etenim his expressè nominibus: *Obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones.*

III. Lib. 6. de Sacra. c. 5.

K k k k k k 3. actiones





*actiones*: Ut ibidem ipse declarat Ambrosius, & profequitur Theologus sol D. Thomas: q. d. instantes estote orationi & omni quidem atque perfecta, ut ne quid illi desit, non preparatio, non contemplatio, non petitio, non gratiarum actio: etenim repetere videtur quod alias dixit:

*Philipp. 4. 6.* In omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione. Etenim hoc maxime nobis omnibus refert ut respublica pace gaudeat & tranquillitate. Non hoc requiro, inquit Apostolus, illorum gratia potissimum, sed in vestrum emolumentum: si namque tales non sint quales postulat officium: pestundatam credas esse respublicam.

Palman dedit octauum. Toletanum Concilium inter Sanctos Doctores Diuo Gregorio in materia morali: *Beatus Gregorius Papa Christum merito honorandus, atque in Ethicis assertionibus penne cunctis merito preferendus.* Illam profecutus est stylo plane singulari in libro Iob, vnanque producit suo dignam ingenio, ex eo quod viro illi Sanctissimo contigit, dum diabolo Deus licentiam daret cunctas illi aufertendi facultates. Maior horum pars erat ouium greges ex quibus septena millia in diuersa distributa ouilia, ad eorum necem efficit diabolus, ut ignis descendat de caelo tam vehemens & accensus ut solo contactu oues: emicaret omnes cuiusque pastores: sic illi narravit, qui noua retulit, quibus illum assigeret, quem vincum diabolus in vira saluauerat incolumem: *Ignis Dei cecidit de caelo*

*Iob 1.16.* & traxit oues puerosque consumpsit: & effugi ego solus, ut nuntiarem tibi. Fuit ignis hic velut quaedam species fulguris à caelo dimissi, tantæ efficaciam ut solo contactu pastores ouesque consumpsit: idcirco opinantur aliqui nominari: *Ignem Dei*: Quia iuxta phrasim scripturæ ignem significat supremæ actiuitatis, ac efficacissimum, ea phrasim, quæ dicimus altissimas cedros: *Cedros Dei.*

*Pf. 79.11.* Hoc ita fieri conueniebat inquit Diuus Gregorius, ut significaretur nihil esse petendis ouibus efficacius, hoc est subditis, famulis, & respublicæ ciuibus, quos proprio termino pauid nominat oues, igne celesti id est, ardenti quadam passione, inuidia, cupiditate impudicitia aliisque sceleribus ab ipsis principibus & respublicæ moderato ribus emanantibus: quos Sacræ litteræ celos inscribunt, sicut populum agnominant terram: *Per caelum significans propositiorum ordinem, terram vero subditorum plebem.* Et merito quidem: etenim sicut omne regumen, natura, conseruatio, pulchritudo, bonaque terra dispositio ipsi caelis eorumque motibus adscribitur ordi-

natis: ita bonum omne, conseruatio status & Respublicæ decor, à bonis dependet, & regularibus motibus, à saluiferis Principum & praesidium influxibus, qui clauum Respublicæ moderantur: his re Deus enpiat malis, quando caeli illi passionibus ferocet, ardentique cupiditate odio, rancore, suique proprii studio emolumentum. Caelum erat in temporalibus (ut profequitur Diuus Bernardus) Herodes in Ierusalem: erat etenim nouus Rex inlittus & coronatus: ignis inualit illum ambitionis tantus, ut audito solo nomine Regis alterius alteretur, turbetur, moueatur atque in necem eius machinas moliantur inauditas, ilico commouetur vniuersa Ciuitas: nam ex huius commotione caeli, statim terra commouetur: *Turbatus est Herodes Rex & uniuersa Ierusalem cum illo.* Deleturus Deus mundum hoc primum ager omnium: caelos turbabit stellisque commouebit: eodem modo quo quis edificium euecturus primum eni it subuertitque fundameta.

Hoc eleganter profequitur vates Ilias ex opinione Origenis. quem secuti sunt Diuus Cyprianus. b. Diuus Chrysostomus. c. Diuus Gregorius. d. & alij. Air igitur Deus: *Caelum turbabo, & mouebitur terra de loco suo.* Hoc est de naturali illi loco ac dispositione motuque dimouebit: hoc enim significat turbabo caelum atque ex sententia Dau Chrysolomi ad litteram Christus hoc indicant dum de temporibus illis sermonem inlittueret: *Viresces caelorum mouebuntur, arbutantur nonnulli futurum, ut eueniret in horologio optime ordinato, si quidam adueniret. rutilicus & magna vi ac impetu rotas caperet, easque manibus vtro citroque iactaret in dexteram & in sinistram, quæro quam tunc ipsum horologium fueret ordinatè horisque signaret: idem tunc contingeret: etenim Deus Angelico ministerio, quo mouentur orbis, illas capiet caelorum rotas, quæ nunc ordine suum ordinationi quàm quæuis horologia, illasque de manu in manum & de dextera rejicet in sinistram. Cælis itaque hoc modo à sua naturali diuulsis dispositione, motibusque adeo conuenientibus, quælis tunc temporis terra consistet: tota transpouetur: *Mouebitur terra de loco suo.* In illa terra motus excitabuntur, quibus montes altissimi transferentur, & populose conuenit fucosius Ciuitates; fluena turbabuntur, & maria inuerso ordine, ut flumina transgrediantur alueum & mare murum suum dirringat arenosum, quod totannis conclusum latuit, & plurimam populi submergat multitudinem, acr totus comens, fulminibus, & fulgure succendetur; homines*

IV. Terra constitutio pendet à superioribus.

*Matt. 2. 7.*

*a To. 2. in c. 2. Epist. ad Rom. b Contra demetria. c Hom. 48 in Matt. d Lib. 2. Mor. c. 23. I sai 13. 15*

V. Vnde dicitur caelum turbatur, terra mouetur de loco suo. *He. 48. est. Luc. 21. 26.*

VI. Similitudo.

III. Caelum propositos, terra signat subditos,

*pauore*

pavore nimio contabescant & implebitur illud Christi vaticinium: *Erunt signa in sole & luna & stellis*, tantulque tremor corda inuadet mortalium, vt tremebundi metuq̄ perculli sint interituri.

25 Hoc ira verum est; dum enim in republica cœli, rectores intelligo, motu fluunt regulari, primèque spectant Dei honorem & obsequium, bonum deinde publicum; quando sicut in cœlis illos non ingrediuntur impressiones peccatorum odij, rancoris, cupiditatis, & passionum indomitatum, quando motus suos observant regulares directos ex regula rationis; quam bono regitur ordine respublica, quam pacifica floret omnibus abundans, & ab omni perturbatione libera? porro, si cœli perturbentur, moventur, suoque ordine præpostero motus circumagant, dum suis dumtaxat fauent concupiscentijs, indulgent inuidiæ, sectantur odia, proprijs student commodis, diuini honoris obliuiscuntur, nec ea quæ sunt boni publici diligenter procurant, quid inde expectandum, nisi perfecta respublicæ ruina, cuiusque casus auferimus? idcirco ad eius conseruationem Deum deprecare pro Regibus Principibus & respublicæ moderatoribus.

Epist. 101. Illos comparat D. August. sæpius valde subtiliter ossibus corporis sicut & populum carni. Quando in capite peccuteris, brachio, pedibus aut alia corporis parte: & caro dumtaxat læditur, non autem os, non idcirco corruis in terram, & leuiter curatur. Parcat tibi Deus, ne tibi cruris fistula vel brachia, vel costa vel capitis cranium dirumpantur: etenim statim prosterneis. Si febribus ossa petuadat si morbus quem in multis læsionibus dedimus notamus, ipsum os cui inuiteris, putrefaciat, vix vllum superest remedium, quo pedibus quis firmus consistat, vel saltem non claudicat.

VIII. Similitudo. Quando de populo qui quam vulgaris sit quicumque fuerit, passione aut defectu laeditur, non eius causa minam incurrit respublica: sed auertrat Deus, quando Iudex vel Præfex vel gubernator muneribus corrumpitur, promissis vincitur, timore percellitur, cupiditate allicitur, respectibus mouetur, odio flagrat, vel inuidia, quam festine totam respublicam corpus in terram corruet. Proponit nobis D. Ioannem radicem euerfionis Ierusalem nimirum, quod ossa illa essent putrida, modo valde pernicioso inuidiæ, de qua veridicè dixit Salomon (sic habeo ex D. Gregor.) *Putredo ossium inuidia*. Nemo dubitat quin in Ierusalem vigerent furta, homicidia, hypocrites, impudicitia, leuitates, cupiditates &c. non hæc

illam destruxerunt peccata ciuitatem, sed quæ ossa corrumpit inuidia. Quo dolore penaque corruptos illos obiicit nobis D. Ioann vt requiescere nequeant, conulescentes: *Quid facimus: quia hic homo multa signa facit?* Velut in igne consistunt, quo comburuntur, opum suarum ardent cupiditate, & dignitatum atque officiorum diabolica flagrant ambitione; sed hæc omnia superat, quo succenduntur, ignis inuidiæ illa vique ad ossa corrumpuntur. Quid vos agere cogitatis nebulones? *In furore suo suffodorum murum*. Ciuitatem muro ipoliare, protectionem assumere, vt omnibus sit perua hostium incursibus.

Notat D. Hieronymus, quod Dauidi Nathan exprobrauit: *Quoniam blasphemar. fecisti inimicos Domini*: scilicet quod peccatum illius causa extitisset - quo moti diuino nomini derogarant. Iuxta rigorem hebraicæ lit. eræ significat: portas vrbis inimicis patefecisti, quatenus in eam ingrediantur, polluant illam & diuino nomini non tolerandas inferant iniurias; addit autem D. Hieronymus: *Peccatum Regis in grandem cessit populi ruinam & damnum*. Dum enim Rex suis vacat voluptatibus, mulierem accedit alienam vt David, suos sectatur appetens, isque se duci patitur; hæc ciuitates euerit & respublicas. Ex his considerat Origenes, quod Deus rempublicam puniturus, auertrat illis sanctissimos Principes & gubernatores: hoc etenim modo egit cum populo suo, dum huic eximium illum tollit gubernatorem Othoniel: nam ilico populus in ruinam lapsus est lamentabilem, & in peccata nepuniturus sandissima: qua de causa nullo negotio superauit auertit illi illos Rex Moabitarum. Vterius expendit idem bonus Origenes satis graue fuisse supplicium quod Deus horum populum in poenam scelerum suorum castigauit dum illi duem illum inunctum ademit Aod: vnde de sic hoc sacra Scriptura perpendit: *Addiderunt filij Israel facere malum in conspectu Domini, Aod Iud. 3. 120 mortuus est. Quibus hæc addit: Pro peccatis populi morietur bonus populi dux, cum indigni fuerint esse, & fecerint malum in conspectu Domini, auferitur ab eis homo Dei*. His conformiter demonstrat magnum esse supplicium, quod Deus punit rempublicam, dum illi gubernatores præficit diticosos & peccatores, & congruenter quædam proponit loca Scripturæ à nobis alias exposita.

Lib. 99. Hebraic. in 2. 1. Reg. 2. 12. 2. Reg. 12. 14.

Hom. 3. in Iudith. X. Deus pebulum / puniturus / sandissima: / quæ de causa / nullo negotio / superauit / auertit illi / illos Rex / Moabitarum. / Vterius / expendit idem / bonus re- / Origenes / satis graue / fuisse supplicium / quod Deus / horum / populum / in poenam / scelerum suorum / castigauit / dum illi / duem illum / inunctum / ademit Aod: / vnde / de sic / hoc sacra / Scriptura / perpendit: / Addiderunt / Lib. Iud.

Tract. 8. num. 198.



**S. 10.** Hoc autem à semetipso non dixit. Ex hoc malitie concilio, velut per anihliam eduxit Deus decretum suum aeternum ad nostram salutem.

**H**oc autem à semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius Prophetam esse. Describit nobis D. Ioannes qualiter peccatum ad summum atigerit verticem: perpende modo qualiter nos doceat, quod inde & per hoc iustitiam Deus eduxerit semp. ternam, id est, decretum & conclusionem quam ab aeterno in generis humani sumplerat utilitatem. Ne tibi perius feceris mortem Christi principium dixisse ab hoc consilio Hierosolymitano & decreto ac voluntate Caiphæ eiusque consiliariorum: nec enim suadebat aequitas, ut res adeo magna & diuina, in qua tota Dei sapientia continetur à sola penderet dispositione mortalium quos maxima cæcitas obtenebrat & quorum amentia iudicium altulerat, aut ex mera voluntatis eorum peruerse dispositione. Ab alio longè concilio traxit originem, ipso scilicet Deo coaeterno, prius quam homines essent cæli, stelle, Angeli, vllaque creatura.

Propouitur in Sanctissimæ Trinitatis consistorio ab aeterno, qualiter homo, quem Deus creare decreuerat, captiuus duceretur à Diabolo peccato & morte: vnde priusquam hoc fieret, iam agebatur de nostra redemptione ut manifestè pateat quam ab antiquo nos Deus amauerit nostraque saluti prospexerit, nimirum ab aeterno, ut nobis illi dicere liceat: *Charitate perpetua dilexisti.* Ab aeterno nec retum fuit, quò miser homo à morte hac & seruitute liberaretur, ut vna ex tribus diuinis personis factus homo moreretur. Hoc illud est consilium, de quo toties mentionem inferebant Propheta, quando preces pro mundi remedio Deo deferebant: *Domine consilium tuum antiquum verum fiat.* In illo decreta fuit hæc mors & passio: statutum hoc caeleste fuit postmodum executioni mandatum per hoc, quod in terra conclusum fuerat.

Hoc indicauit Deus Zachariæ, dum illi lapidem ostendit fundamentalem, ex quo tota templi pulchritudo dependeret, atque illi: in ære propheta lapidem, hic meus est manibus elaboratus: *Ego calabo sculpturam eius.* Metaphora sumitur à lapide expoliento: adest enim calator, & industria sua, scalproueque, illum depouat & prima ducit lineamenta, quem deinde tradit lapicidibus ut cum ligonibus, scalpris, & malleis expoliant:

veruntamen esse debet labor, conformis primis lineamentis, seu figuræ à Magistro protraxæ. Lapis fundamentalis vtriusque Ecclesiæ Christus est: sic enim audiuius ex Apostolo: *Ipsò summo angeli lapide Christo Iesu, in quo omnis edificatio, &c.* hic autem ut opus exurgat, expoliri debet: primo ipse Deus suæ sapientie cucino describit & designat quidquid pati debeat: ne forsitan tibi persuadeas, quod licet tot interueniant verbera, sputa, flagra, spinæ & in morte angustia, vel minimum eorum à Deo non fuisse præsignatum & prædeterminatum: quia opus fuit diuina sapientia præstitutum à D. Paulo dictum: *Sapientia in mysterio abscondita.* Omnia sua habent mysteria: idcirco illum tradidit manibus lapicidarum Iudæorum scilicet & Gentilium, ut illum expolierent: *Ecco appropinquauit hora & filius hominum tradetur in manus peccatorum.* Hinc orta loquendi phrasis S. Scripturæ, quæ dicitur Christus traditus manibus inimicorum suorum, non ad eorum arbitrij determinationem sed eo modo, ut in eo nec punctum deesset eius, quod Dominus teste Ap. stolo Paulo locutus est Moysi, ut tabernaculum conficeret eum omnibus illis, quæ cõplectebatur: facio illud, inquit Dominus, tuis trado illud manibus, sed adueras velim, quòd tibi figuram & exemplar tradam ne vel caput aciculae desideretur ab eo, quod ego præscripti: *Vide omnia facis secundum exemplar, quòd tibi in monte monstratum est.* Videbantur omnia in Christi morte susque deque inuenti, & vniquemque pro libidine sua infligere vulnera, verbera, sputa, clauos & contumelias. Hoc noueris, quod quomòdò Deus diuinum hoc tabernaculum Christum scilicet Moysi tradiderit, id est populo Iudaico ut illud laboraret: veruntamen ad ea ratione factum est, ut nec punctum quidem in eo periceretur, quod non esset secundum ordinem à Deo præsignatum: eritque hoc inter cetera maxime nobis admirabile in caelo atque in iudicio finali: quod ibidem ratio declarabitur ob quam Christus tanta pertulerit vsque ad minimum capitis crinem à Iudæis euulsum.

Quod si lapidis scultores nec minimum quidem folliculum, figuram aut lineam perficiant, nisi iuxta exemplar & magistri præscriptionem: multo magis hoc erat hic obseruandum, potissimum, quandoquidem in morte Christi ne minimum quidem fuerit quod diuinum & profundum non contineret mysterium. Et qui cæli sidera numerauit, arenam maris, aquæ guttas: non decebat ut innumerata transiret sidera vulerum & passionum Christica: ut nihil effice-

I. Mors Christi ab aeterno decreta fuit.

Hier. 31. 3.

Isa. 25. 1. Apud Sept.

II. Christus lapidi comparatur expoliento. Zach. 3. 9.

Ephes. 2. 20.

III. Nihil Christus passus est non prædefinitum à Deo. 1. Cor. 2. 7.

Matt. 26. 45.

Exod. 25. 40. Hebr. 8. 3.

IV. Similitudo.

effecerint Iudei, nisi quod Deus fieri decreuerat. Per unum hominem talem, qualis Caiphas erat, solum Deus elicit diuinum, æternum, latensque consilium. Notat Irenæus familiare fuisse inter sanctos Apostolorum discipulos mysticam dare interpretationem actus cuiusdam Elizei de ferro illo demerso in profundis aquarum quod vates adduxit præcisio manibus suis ligno, illudque operarij reddidit manibus idem tantopere desiderantis. Consilium illud antiquum: *Domine consilium tuum antiquum &c.* Sanctissimæ Trinitatis in quo determinatum fuit, vt Christus pro fate generis humani moreretur, præsignatum fuit in illo ferro. Dicitur ferreum illud cæleste consilium, quia firmum est & constans, & omnino infallibile: *Omnis voluntas mea fiet, quod à me decretum est, &c.* Submersum est in abyfso difficultatum: quomodo mandabitur executioni? quomodo perficietur? determinat Deus vt in lucem prodeat hoc consilium præsendendo lignum, illud, Caipham intelligo: etenim statuit vt ille summus esset Pontifex, qui hoc explanaret: *Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo.* Verumtamen per manus Dei: non enim patitur vt illud à seipso pronuntiet: *Hoc autem à semetipso non dixit, sed motus ab ipso Deo.* Cum enim esset Caiphas summus Pontifex linguam illius moderabatur, vnde & ipse eam dirigebat: *Cum esset Pontifex annis illius, vt pronuntiaret & declararet illud cæleste consilium.* Hinc illud in lucem protulit ad omnium salutem optatissimam. *Prophetanus quod Iesus moriturus erat pro populo.*

27 Vt Deus patefaceret vigilem suam de populo suo prouidentiam, priusquam labores & calamitates sustineret, pio more habebat illas prius intinere & describere, quas ab hostibus, quibus tradendi erant, paterentur, ne forte sibi in animu inducerent hæc omnia sine particulari diuinæ sapientie illius decreto ac æterna perfici dispositione. Quando captiui in Babyloniam erant abducenti hæc Prophete suo mandar Ezechieli. *Tu dormies super latus tuum sinistrum numero dierum Et trecentos nonaginta dies &c.* Et cum compleuisset hæc dormies super latus tuum dextrum seruido quadraginta diebus &c. Deinde præcipit vt pedes suos cætenis innectat arctissimis tandem vt panem comedat vaciatum id est per vineas distributum. *Domine mi quid hoc rei?* per hoc illi designo formam seruitutis, qua populus meus subijcietur: sic decem tribus Israel quas per latus indicio sinistrum, vt duæ tribus Iuda per dexteram intinatur. Quædam earum captiuitatem sustinebunt trecentis nonaginta annis: alie vero quadraginta, & Hieron. Bapt. de Lanna Tom. III.

tales ac tales patientur carceres, erantque afflictæ per Chaldæos: dies autem & horæ numerabuntur nec non pœnæ determinabuntur, ita vt nec punctum quidem passuræ sint præter id quod ego decreui & in te signaui figuratum.

Olim in principio agens cum Abraham de femine illius & nepotibus multis annis antequam filios procreasset, prædicit illi: *Scito prænoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua & subijcient eos seruituti, & affligent quadringentis annis.* Quadringentis annis hæc perseuerabit calamitas eruntque afflictiones eorum in determinato numero quem ego statui, sic vt nec ad momentum quidem illum excedant: *Post hæc egredietur cum magna substantia, illis elapsis multis opibus diuites & leta prosperitate felices hinc proficietent.* Qua de causa Domine hæc ita singulatim enumeras? Vt paternam nouerint prouidentiam qua illis prospicio: non enim permitto vt inimici prohibidine sua sine numero agant & indiscriminatim: sed ea tantum facient, quæ ego decreui vt illi tolerarent.

Nec vnus quidem tu pateris mortuum pulcisci cui non diuinum interueniat decretum in quo hoc sustinet: nec passer decidit in terram sine Patris velti cælestis voluntate, nec ventus solum discutit arboris nisi Deo hæc omnia disponente: *Ignis grando nix glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.* Nec aliquis in terra quid patitur nisi præuio cælesti consilio iuxta illud *Piophetæ Amos oraculum: Si est malum in ciuitate quod Dominus non fecerit.* Vt autem prouidentiam suam respectu huius populi declararet nihil egit, quod prius illis non indicauit, suisque Prophetis significauit: *Non faciet Dominus verbum quod non offenderit sanctu suis Prophetis.* Quomodo igitur permitteret vt filius suus vniuentis pœnam flagellum, doloremque pateretur, quem prius æterna sua non determinasset sapientia.

Consideratu dignam dico visionem illam à Deo D. Ioh. præmonstratam cum exul esset in insula Patmos de septem illis sigillis: cum enim aperirentur illa varij prodibant equites diuersis insignibus fulgidi, varijsque coloribus maculatis equis insidentes, in quorum figura nonnulli intelligi volunt diuersos eventus in Ecclesia & in mudo, atque Imperatorum & Monarcharum venturi essent, memorabiles actiones. Satis frequens est ex mente D. Aug. a. in illud D. Greg. ad ps. 32. sal. Deo designari monarchas in figura equorum: *hæc equus cum animalia sint generosa, nobilia & magnanima, quibus Reges duces vtuntur & Monarchæ.* Sic illas exposuit vates Zacharias in illa equorum *lib. 32. cum Mor. c. 13.*

VII. Similiter & Abraham. Gen. 15. 13. Psa. 148. Amos 3. 6.

VIII. Visio D. Iohannis de mundi Monarchis.



cum multitudine tum varietate, & per consequens in equitibus illis qui suis infidebant equis, præmittere symbolum voluit. Monarcharum &

*Ps. 75. 7. Imperatorum, de quibus prædixit David: Dormitauerunt qui ascenderunt equos.*

*Vide Basilii.* Igitur illi Deus ostendit Imperatores Romanos, qui proximè succederent, & quidnam essent effecturi primus prodit in arenam Caligula in figura equitis equo insidentis albo, qui sagittas & arcum præferebat, quibus actiones illius in ordine ad Ecclesiam præsignabantur: secundus apparet Nero rufo insidens equo manu gladium vibrans, admirabile crudelitatis illius symbolum. Tertius videtur Vespasianus, quem equus deuehit niger manu sua stateram complexum: *Et cum aperuisset sigillum tertium &c. ecce equus niger & qui sedebat super illum habebat stateram in manu sua.* Equus hic imperium præferebat Romæ tertij manum cui Titus Imperator præferebat. Erat sigillum autem niger, eo quod in tempore illo imperium illud triste fuerit & funerale populo Iudeorum: etenim Titus populum hunc exterminauit, templum exussit, funditus ciuitatem diruit vt non reliquerit lapidem super lapidem, tentoria sua fixit in monte Oliueti, ex quo Christus urbem hanc inuitus funestum hunc illi finem prædixit, & dolendam nimis desolationem: nec non, vt refert Iosephus quotidie iubeat quingentos erucifigi Iudeos vel plures in tanto numero, vt iam locus deesset patibulis, & materia crucibus: in-  
*L. 6. de bello Iudaico. c. 12.*

stium filijs supplicium extalibus progenitis parentibus, qui quondam coram Pilato contra Christum exclamauerunt: *Crucifige, Crucifige*, hoc modo illos extirpauit, ita vt teste Iosepho trucidarit eorum vinctos centena millia, & in captiuitatem traxerit nonies centena & septem millia infra quinque menses quibus urbem obsedit à decima quarta Aprilis vsque ad Septembris octauam: ipso eodem Iosepho referente.

*L. 7. de bello Iudaico. ca. 17.*

*L. 6. de bello Iudaico. ca. 4.* Quid igitur significauit illa statera gestata manibus illius? Symbolum est diuinæ iustitiæ quam Imperator hic executioni mandauit, voluitque per hoc Deus ostendere, quæcumque sumpta fuissent supplicia & quicunque Iudeis illati cruciatus, omnes fuisse singulariter designatos, ita vt nec vnus passus sit ictum, non vnus, non dolorem, quem diuina non decreuisset iustitia; hoc autem ita liquido constat iuxta eundem Iosephum, vt perfecto iam opere Imperator ciuitatem circumiens & multitudinem cadauerum innumerabilem contemplantus, alto depectore educens suspiria, manusque in caelum

*L. 6. de bello Iudaico. ca. 14.*

protendens, solemniter iurauerit, quod ipse tam immanem sua voluntate & propria cogitatione stragem hominum haudquaquam edidisset. Itaque quosdam gladio trucidauit, alios præcipitio collisit, alios crucifixit, alios reiecit in captiuitatem: Verum tamen non minimum iniustum fuit illis flagrum, poena, molestia, quam primum diuina sapientia non determinarat idque iuxta diuinæ suæ iustitiæ dispositionem.

Huic satis congruit quod populo illi antiquis euenit temporibus, quando Deus illum puniturus in poenam tantorum scelerum, maximè autem Idololatriæ vati suo mandauit Ezechielum vt nauacula sibi capillos capitis sui deraderet, atque in tres partes distribueret, illos statera adeo iusta appendens, vt ne vel vnus capillus stateræ lancem in alteram desisteret partem, alios igne consumeret, alios gladio trucidaret, &c. designans, vt diximus, varia supplicia quibus populum hunc exterminaret, quæ tali pondere ac mensura fierent vt quicquid singuli paterentur, ex decreto procederet diuinæ iustitiæ prædeterminato.

Qui hæc statera adeo iusta & mensura determinata appendit, licet populum hunc contumacem doleretur & seditionis, quamvis enim ita tumuluanter videretur sustinere poenas vt nullus Christi apparetur ordo, decreuerit tamen primò sapientia poenæ e sua infinita quæcumque singuli iuxta ordinem tantæ diuinæ iustitiæ paterentur, quanto magis decreverit quidquid vni genitus filius suus pateretur poenæque super eum pro hominum salute venturas? Et omnia hæc decreuit & supremo quodam sapientiæ suæ diuinæ consilio determinauit vt nec minimus quidem apex nisi ex præscripto mandaretur executioni. Eleganter hoc expressit D. Petrus: *Conuenerunt vero in ciuitate israhel &c. Act. 4. 27* *Herodes & Pontius Pilatus, cum gentibus & populo israhel facere qua manus tua & consilium tuum de-creuerunt fieri.* Hic Domine ex hoc consilio hoc peractum est, nimirum vt tuum impleteretur, fierentque omnia & sola illa, quæ ab æterno fieri decreuisti: quinimo hoc ipsum Christus Pilato iudicauit, quando illo non respondente, Pilatus interrogat: *Nescis quia potestatem habeo crucifige. Ioh. 19. 10* *re te, & potestatem habeo dimittere te? Cui Dominus, non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper.* Manibus traditus sum, vt lapis, sed cælesti circino designatum est quod in me mandabis executioni: quia desuper decretum est, & hoc nobis indicat

Indicat Dominus Iohannes dicendo: quod quamvis improbum illud Pontificum & Pharisæorum consilium tale quid determinavit, hæc nihilominus resolutio ab eis originem non traxerit: etenim multo superius agnoscit principium, æternum scilicet & sapientissimum Dei consilium.

*l. 33. Mor. c. 2.* Videtur D. Iohannes agere quod Deus per Isaiam dixerat ut notat D. Gregorius: *Super montem caliginosum levate signum.* Montem vocat caliginosum illud consistorium ubi ministri templi conveniunt: nam communiter Pontifices & doctores in S. Scriptura dicuntur montes ob altitudinem dignitatis suæ, montem tamen vocat caliginosum & obscurum: non tantum ex eo quod quidquid in Pontificibus illis & sacerdotibus fiebat, figuræ essent & umbræ, quæ lucem veritatis Christi exspectabant, quæ illuminarentur, quantum quia nunc tenebris plus quam palpabilibus involuebantur ex cæcitate qua illos propria captivabat iniquitas, ob eandem causam hoc idem templum & pontifices vocat Deus per Prophetam Michæam: (sic lego apud D. Hieronymum) turris nebulosam tenebris & caligine involutam: *Et tu turris gregis nebulosa, filia Sion.* Erat templum eiusque ministri turris custodiæ, quam Pater familias in vinea sua plantavit & nominat illam nebulosam quia consistorium illud tantis nebulis occupabatur, & tenebris quantas ipse factus exposuit: *Tenebra & palpato facta sunt super speluncas.* Speluncas appellat obscuratos eorum intellectus.

An his possunt tenebræ, quas illi patiuntur, aliæ comparari? quod opera Christi pendant & sancta reperiant divina & digna, quæ torus mundus complectatur, eumque ut vitæ auctorem acceptent, & tamen eius mortem decernant expedire? O Tenebras! O Nebulas! O Montem obscurum! O turrim nebulosam! Verum tamen attende inquit: hinc etenim videbis signum prodire crucis & mortis Christi, hic detestatur & concluditur ut moriatur. An fieri posse quis credat quod mortales tanta polleant in Deum potestate? Quis sibi persuadeat talem posse eos decernere in divitiæ eius personæ detrimentum? inquit Propheta: *Super montem caliginosum levate signum.* Saneiat Caiphas mons ex dignitate præcellens, ut Christi moriatur. Hoc decretum ab ipso pronuntiatum nostræ signum est redemptionis. Ne credideris à tam diabolico provenire principio, quale peccus illius erat, sed ascende sursum & intellige hanc de cælo emanantem conclusionem: & hæc divina adscribenda

sunt sapientiæ, quæ summam assumpsit malitiam & supremum omnium peccatum huius consilij, quo nullum peruersius, ut æternum suum decretum educeret & consilij sui sempiternam resolutionem qua nulla sapientior, nulla benignior.

Habes hic ex sententia D. Augustini completum Davidis oraculum, habes & hic opera Dei adeo stupenda, ut nos inuitet & convocet quatenus illa attenta mente consideremus: *Venite & videte opera Dei: & mirabilis in consilijs super filios hominum.* Convenitis in consilium quo vos ipsos Christum occidendo sermetis incolomes, illius nomen ipsumque delere gestientes, eiusque cogitationes & proposita demoliri: illis igitur istidem consilij suum executioni mandabit, perficiet & glorificabitur: vos autem in ruinam cadetis sempiternam: verba proferamus D. August. *Ma-*

*D. Avors. In p. 65. Tom. 8.*

*chinatis sunt filij hominum consilium ad crucifigendum Christum: crucifixus excacavit crucifigentes. Quid ergo fecistis filij hominum machinando acuta consilia adversus Dominum vestrum, in quo latebat maiestas, apparebat infirmitas? Vos machinati estis consilia perdendi, ille excacavit, & salvandi, excacavit superbos, salvandi humiles.* Explicari soleo hoc argumentum ex eo quod quotidie conspiciamus à vitis fieri prudentioribus cui occasione dedit D. Iren. Hortum excolis in quo diversas distribuis areolas olivibus, floribus & arboribus designatas, quibus necessaria est aqua, quæ de puteo hauriri debet altiori, quid remedijs componis anthliam aquariam in qua hydræ sunt puteales debito ordine dispositæ, iumentum adhibes obæcatum seu velatis oculis, anthliam continuo circumagrans. Circum iumentum nec scit quid rerum hæc obambulatione agat: nihilominus propositum tuum impletur, educitur scilicet de puteo aqua, quam hauriam dirigis ut ex illa areolæ irrigentur & fructus floresque nascantur. Sententia fuit hæc D. Irenæi & cum auctor sit tam antiquus, hanc asseruit à maioribus approbaram: quod nimirum æterni Dei decretum salvandi genus humanum per mortem filij sui, profundum esset mysterium, quinimo Spiritus S. confirmat sapientiam in corde sapientis aquam esse profundam ad cuius educationem non parva requiritur industria: *Sicut aqua profunda sic consilium in corde viri, quam profunda aqua: quam alta sapientia, quam nec Angelicus capiat intellectus? Sapientiam loquuntur in mysterio, quæ abscondita est. Quam nemo Principum huius sæculi cognovit.* Quis igitur eam educet? Quisnam hoc Dei decretum exequetur? ad

*XV. Similitudo de Anthlia. L. 5. contra Hæres. c. 7*

*Pro. 20. 5. 1. Cor. 2. 8*

hoc diuina sapientia praparat anthlam seu mola aquariam, confisium scilicet Pontificum & Pharisaeorum illi namque populo Dei mysteriorum aquam propinabant.

XVI.  
Iudæis applicatur.

Ecce qualis mola aquaria tot hydarum illud confistorium, quor constat consiliarijs, omnes suo ordine digesti, omnes residentes, loquentes omnes; porro ducit illos & circumagitat mola velata oculis, scilicet Caiphas: hic enim concilio præsidebat, hic choream dirigebat ipso bruto stolidior & quæ dicat ignorans: etenim propria non intelligit verba: quinimo hoc ipsis in faciem exprobat: *Vos nescitis quidquam.* Vos omnes consiliarij mei stupidi estis idiotæ, nihil horum intelligentes: vt dicere possumus, quod ita verè in hoc aque in altero loqueretur. Mula hanc agit & pronocat inuidia & cupiditas, vnde gressu procedens velociori sententiam pronuntiat mortis contra Christum, omnesque commouet hydrias vt illi suffragentur. agite miseri, nebulones agite: nescitis enim quid agatis: porro cælestis hortulanus Deus ipse hinc aquam eduxit sanguinis & passionis Christi qua mundum rigauit vniuersum: hinc educit Apostolos, martyres, doctores, penitentes, virgines, omnemque fructum animarum: hinc profuit fides Prophetarum, spes Patriarcharum, charitas Apostolorum, Martyrum fortitudo, doctorum sapientia, confessorum virtutes, monachorum penitentia, putitas virginum, & castitas continentium: hinc emanauit mundi reparatio, calicestauratio, hominum redemptio, Dei gloria, & tandem hinc eiecit Deus iustitiam sempiternam ad mundi redemptionem. Hinc capimus illam sententiam Spiritus Sancti? *Qui stultus est seruiet sapienti*: illam explanans Angelicus doctor notat vocari stultum, qui proprijs ducitur passionibus, nec ab alijs differt stimulo pronocata fortiori. Seruit iusto peccator: nam furore pronocatus & passione sua maleuada contra eum procedit: hæc est autem summa sapientia, furore quo stultus se prosequitur, in tum vtii emolumentum. Hæc arte sibi profecerunt Martyres: etenim velat sapientes, rabidam tyrannorum immanitatem conuerterunt in bona cælorum infinita quibus nunc æternumque potiuntur.

Præf. 2.  
29.  
2. 2. 6.  
at. 1. ad 3.

S. II. Consiliarij cælestis concilij fuerunt potentia infinita, suprema sapientia, & immensa bonitas.

Atet hic liquidò potestas Dei infinita, immensa sapientia, & incomprehensa bonitas: etenim sicut consiliarij concilij Hierosolymitani fuerunt inuidia luida flammescens auaritia, & infernalis ambitio vt dictum est, ita consiliarij quoe diuina tres Personæ in suum aduocantur confistorium, fuerunt Potestas omnipotens, Sapientia infinita, acque immensa Bonitas: sunt etenim attributa, quæ Theologia nominat appropriata: potestas Patri assignatur, sapientia filio, & Spiritui Sancto bonitas. Super hoc fundamentum sua possunt erigere ædificia ita fundata & sublimia, vt ad supremum vsque cæli verticem perueniant: *Expendit* inquit Pater: æternus, vt vnus moriatur homo, quo nostra pateat potentia, quæ diabolicam superat infinitas, diabolum viuendo non nostra diuina fortitudine, sed suprema hominis infirmitate, morte scilicet vnus hominis: *Expendit*, sic filius decernit: vt vnus moriatur homo, ad nostræ sapientie ostensionem, si namque tantum nouit dæmon, vt asumpsa serpentis figura & arborem circumplexus hominem fraudibus irretuerit: nostra pateat sapientia, in hoc quod vnus ex nobis in figura serpentis, intelligo peccatoris, arborem crucis circumplexus, saluet illum ac Saranæ sapientiam eludat & astutum: dum enim se hominem arbitratu occidit, re, captum se videat, virtute diuinitatis, in huius fallitur hominis infirmitate latentis, & opus illud tantopete arduum executioni mandetur olim Iob promissum: nimirum Draconem illum Infernalis hamo capiendum instat piscis: nam escam tantummodo candidam intuitur carnis humanæ comprehenditur virtute hami ærei diuinitatis.

Ita verba hæc expendit D. Gregorius: *An ex. D. Gregorius trahere potes Leuiticum hamo?* opinatur enim *L. 31. Mor.* Deum significare, quod illum esset piscaturus *c. 9.* hamo velut Piscator arundine: contorquet enim *Iob. 40. 70.* lineam ex setis, cui annectit hamum æneum, II. quem nitido circumuoluit illicio, quod dum pisci Similitudinis deglutit hamo capitur, & aquis extrahitur. O deo deus qualem pro duxit Deus tot nodis arundinem *I. mo.* O qualem construxit lineam, inquit Diuus Gregorius, seras setis intorquens? Hanc nobis Euangelista Matthæus in exordio sui euangelij descripsit: *Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob* *Matth. 1. 2.*

Iacob &c. His enumeratis immediate sequitur hamus verbi diuini, in conclusione: Iacob genuit Ioseph virum Maria, de qua natus est Iesus &c. Hamus hic aquis iniicitur communis hominum conuersationis, quando: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Circumciscus Draco Infernalis omnia deuorans, carnem eius intuitus; illum vt exterius per suos ministros deuorare cōtendebat: Expedi ut vnus moriatur homo &c. Et per hoc delusus ipse comprehenditur: Leviathan iste hamo captus est, quia in Redemptore nostro, dum per satellites suos esca in corpore momordit, diuinitati illum aculeus perforauit & c. huius hami linea illa est per Euangelium antiquorum Patrum propaga memorata: nam cum dicitur: Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, cuiusq; ceteri sui cōsuetos interposito Ioseph nomen vsque ad Mariam Virginem de sponsa iam describitur, quasi quadam linea torquetur in cuius extremo incarnatus Dominus, id est, hamus iste ligaretur, quem in his aquis humani generis dependentem aperto ore iste cetus expereret, sed eo per satellitem suorum scaturiam morsu, mordendi vires ulterius non haberet &c.

III. Omnipotentia Dei diabolum cōfregit. Expedi, inquit Spiritus S. Vt vnus moriatur homo: vt nostra infinita cunctis pateat bonitas, nam de malo adeo prægrandi, de morte scilicet vitam educimus, & huic homini mortem imponendo & dolores humano generi delictos, ipsum ab illis seruamus inuolucem. Singuli consilarij huius consiliorij tam profunda suis suffragijs mysteria comprehendunt, vt de illis dicere possit Euangelista quod de miraculis Christi, nimirum si omnia enarrare oporteret, mundus non caperet qui scribendi sunt codices. Illa breuiter complexus est D. Tho. eleganti stylo & facorum D. D. senectijs nominatum autem D. Damascen. In hoc mysterio monstratur potentia Dei & virtus, sapientia & bonitas: bonitas quidem quoniam non despicit proprij plasmatis infirmitatem: sapientia, quoniam inuenit difficilissimi precij decenterissimam solutionem: potentia vero, quia nihil maius est quam Deum fieri hominem &c.

3. p. 9. 1. ar. 1. q. 2. Lib. 3. de fals. Or. 1. q. 1. ad mod.

IV. Christi tritico super seminauit diabolus zizania. Ad oculum hic videmus exitiam Dei potentiam, qua superat Diabolum, Hostis hic magnam suam potestatem ostendit in eo quod ait Dominus, quod super triticum ab ipso seminatum zizania seminauerit, quo triticum opprimeret: Iustus homo super seminauit zizania, & sic se res habuit, quam diuinum seminauit triticum celestis ille Agricola in mundi principio, quando creauit hominem mille gratijs ornatum & diuitijs & postmodum factus homo, quam electum doctrina miraculorum, sanctorum operum pro-

digiorum & misericordiarum triticum seminauit: cæcis lumen restituit, leprosis munditiam, claudis gressum, vitam mortuis, famelicis alimentum, lucemque ignorantibus &c. venit Satanas & super creatum hominem fraudulenta seminauit illa zizania cogitationum: Erit sicut dy; & nequaquam, licet gustaueritis, moriemini &c. nunc autem expende quid in illis seminet, in quorum conspectu Christus Dominus opera illa patrauerat eminentissima: scilicet inuidiam, huiorem, odium, desiderium lapidandi illum & occidendi.

Perpende quæ zizania in hoc concilio Hierusalem seminet super triticum operum Christi: cum enim illa forent adeo diuina, atque ab eis vt talia cogitaret illi: ipsis tamen odium elicit, fouet inuidiam rabie acuit, malitiam extimulat quæ eius concludant eum occidere: Quid facimus, quia hic homo &c. Satis produnt zizania à Satana superseminata cum illis dicat Christus: Vos ex Patre diabolo estis &c. desideria eius: vultis scire, ita vt triticum fateantur seminatorem: Multa signa facit, & pullulant zizania ex ore Caiphæ: Expedi ut moriatur. Semina autem Dominus in Iuda triticum electissimum doctorum, beneficiorum, calique gratiarum: ipsum etenim in suum adscriptum discipulum, suum Apostolum, ipsum ceteris reliquis prædicare misit sanctum suum Euangelium, tradidit illi virtutem operandi miracula magna & stupenda. Super hoc seminauit Satan infernalis zizania cupiditatis: Cum diabolus iam noster sisset in cor. Hæc magna fuit Satana potestas: sed pateat quantum illam diuina superet, quod seruus ille exposuit dum Domino sic loquitur: Me tritico ubi non seminauit.

1. Cor. 8. 44. Ioh. 8. 12. Matth. 23. 24. 30. 31. 32.

Hoc aduerte cōsilium, velut campum in quo Dens nihil seminauit, at omnia Diabolus: quid enim hic est, sementis est satanica, tartarea zizania, rabies, odium, cupiditas, superbia, inuidia. Hic ubi Dominus nihil seminauit, quandam tamen metit sententiam, quæ cum ex inferno prodierit adeo detestando, quale dicimus pectus sem coluisse Caiphæ, illudque diabolicum concilium, legitur ex illa fructum colligit nostræ redemptionis & saluationis, hominis reparationem, eius culpæ satisfactionem, gratiæ communicationem & gloriæ celsitudinem. Magna est hæc potentia, imo maior patet in eo quod ex ipsis zizanijs à diabolo seminatis triticum messit electum & supereminens quo ceteri ipsos emittit: quando quidem ex ipsis inferni zizanijs, quæ germinarunt ex illo, quod in corde Caiphæ seminauit eius signum.





complicum, dicentium: *Expediit ut sonus &c. triticum producat electorum, celi diuitias mundi gloriam & misericordiae suae magnitudinem.*

VI. Hic patiter magna patet illius sapientia. Multifariam exponuntur verba Dauidis declarantis Dei sapientiam. Primo potentiam Dei miratur excellam, quae talis est, cui nemo resistat: *Tu terribilis es, & quis resistet tibi?* Deinde sapientiae illius exprimit altitudinem, quam ostenderet naturam alicuius humanam: *Cum exurgeret in iudicium Deus, ut saluos faceret omnes mansuetos terra. Quoniam cogitatio hominis confitetur tibi: & reliquia cogitationis aem festum agent tibi.* Hic patet, & Domine, sapientium tuorum atque incomprehensibilium magnitudo iudiciorum: etenim hominum cogitationes ad gloriae gratiam cedunt incrementum (hoc est: *Confitebuntur tibi*, pro ut aliis notauimus) nem pluries in Sacra Scriptura confiteri significat glorificare & efficies ut ex illis cogitationibus magna quaedam resultet celebritas, in non leuem tui nominis exaltationem: *Reliquia cogitationis diem festum agent tibi*; Plaudite Mysero. Omnibus in confesso est in sacris literis hominum cogitationes Phrafi communi cogitationes denore malas, vanas & ambiciofas: *Domine scit cogitationes hominum quoniam vanas sunt*: ita Dauid.

VII. Ex malis cogitationibus Dominus instituit. *Ps. 93. 11. Gen. 6. 5.* *Malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum in omni tempore: ipse nituit eum quod hominem fecisset in terra, ecce quales sunt hominis cogitationes, tales, quae, nostro modo loquendi, Deum constringunt ut ostendat se peccare quod hominem creauit.* Hinc, ut opinor, occidit Salomon: nam primo referens hominis a Deo creationem, cui & intellectum dedit sapientiam donatum ut illo reuolueret attentius quid sibi in Dei seruitio faciendum incumberet: *Cor dedit illis excogitandi & disciplina intellectus repleuit illos, deinde ait quod cogitationes eius Deum ut seopum haberent; nihilominus nihil tam malum, nihil ita nequam: Quid nequius quam quod excogitauit caro & sanguis? Si nihil Deo nequius opponatur, cuiusque diuinis oculis quidquam sit detestabilius, quam hominis carnisque cogitationes, si vanae illae sint & adeo peruelles ut Romachum illi moueant & acriter urgeant, ut hominem de terra delect: quomodo sunt illae tales ex quibus propria piscabitur dignitatem, atque ex quibus festa iucunda*

illique grata dimanabunt: rei veritatem ex hoc disce concilio. Hic quam vanae, carnales, iniquae & Deo contrariae sunt hominum illae cogitationes, quibus omnes communi iniquitate caelestis vitam damnant Saluatoris. Iam pridem vider illos Dauid in psalmo 2. quem superius exarauimus? *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania adfiterunt Reges terra & Principes conuenerunt in unum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.* Hic igitur suam Deus exponit sapientiam quae vanas illas cogitationes in sua dirigit gloriam festumque solemnium: etenim ex illis Dei gloriam colligit, caeli restaurationem, hominis redemptionem & festum aeternum, quod sancti in gloria celebrabunt. Hoc significat Euangelista: nam postquam iniustam illam scriptis sententiam his exorant cogitationibus, & Caiphas eiusque consiliatorum argumētis, quod scilicet: *Ab illo die cogitauerunt interficere Iesum*: adiungit: *hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius prophetauit quod Iesus mortuus erat pro gente &c. ut filios Dei congregaret in unum.* O profundissimam Dei sapientiam, cui iniquae seruiunt hostium suorum cogitationes hominum & daemonum ad gloriae suae perfectionem, & palatii domulque festiuitatem, in quo completur illud Spiritus S. axioma (quod supra declarauimus): *Qui stultus est seruiet sapienti.*

Hac est illa, ita haec est immensa Dei sapientia, qua sibi nequitas hostium suorum atrociores assumit, quibus eum offendunt, & complens illud Hic vacuum: *Ducam caecos per viam quam nesciunt, & in somitis quas ignorant ambulare eos faciam.* Nonnam tenebras coram eis in lucem, & prima in rella. *Hae uerba feci eis, & non dereliqui eos.* Caecos ducam per viam, ut nesciant nec intelligant sua contra me molimina, quibus & ego ad intentionis meae ut complemētū: non derelinquam eos: quia faciemibus illis quod uolunt perficietur & id quod ego fieri praetendo: Domine quinam sunt illi caeci? *Quis caecus nisi seruus meus?*

Magnam facinus fuit & heroicum uatis Elisaei: cum enim Rex Samariae copias suas & duces in illum instrueret iamque eum delecturus proficisceretur, Deique populum extirpaturus, illos omnes excaecans sic rem ille disposuit, ut quotquot passus procederent & in illum Deique populum stratagemata molirentur, ad honorem illius & populi cederent beneficium: dumque sibi persuaderent illi, eo se tendere, ubi liberi forent, haerent & seipso subditos esse mirati sunt illi populo in medio forti, cuius intenderant ruinam.

Proph. 11.

1sa 42

VIII. Allegoria de Elisaeo.

Porro

Porro longè maior est Dei sapientia: dum enim illi tot passibus contra Deum procedunt, ex illis ipis populo parat libertatem, & æternam glorificationem: illi vero in toto mundi consensu & conspectu ipis gentibus serui subijciuntur in gloria: quos in populum sibi Deus, elemeter adoptauit. Hanc Dei sapientiam contemplatus D. Aug. ex illis Psalmistar verbis: *Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius*, ex illis infert: *Itaque quidquid elegerit omnipotens non deerit unde suam de se compleat voluntatem.*

D. Aug. In ps. 110. Ps. 112.

Tandem sic manifestatur, & infinita Dei respiciet bonitas, amorque incomprehensibilis: nec non hinc exponitur illud ænigma quod patiensissimo Iob proposuit Eliu vir sapientiæ celestis, eiusque amicus, qui de frigore Aquilonis rigidissimo aurum elicit purissimum: *Ab Aquilone aurum venit, & ad Deum formidol. se laudatio.* Quis fieri posse credat, ut de medio frigore aurum educatur: aurum magis propriè calor solis effectus est: hic enim radij suis ardentissimis terræ viscera persuadit, atque in venis illius, coquit partes eius purissimas, indeque conficit aurum: hinc in terris non reperitur frigidioribus aut umbratis, sed quæ soli ex diametro opponuntur & quas pleno hic lumine collustrat, ac per consequens nulla regio à productione auro magis aliena, quam aquilonatis: hæc etenim in extremo gradu frigida perhibetur.

X. Ex Aquilone producit aurum.

Lib. 27. mor. 26.

Isai. 14. 13. Hier. 1. 14

Eximium hic conspicio mysterium, aurum primum & valoris inassuabilis amor est Dei, quo supra modum dutescunt animæ, sine quo nihil in oculis Dei precium habet perfectum. Unde amor hic Dei producit: nihil illi magis oppositum, quam regio Aquilonatis frigidissima: ea vero est peccatorum ex mente D. Greg. in more habet. S. pagina Aquilonem inscribere animas, in quibus regnat diabolus, sibi que sedem fixit malitia peccati frigidissima. Hic dixit Satan sedem suam locumque se collocaturum: *Sedeo in lateribus Aquilonis.* Hinc Propheta, dixit Hieronimus: *Ab Aquilone pandatur malum super omnes habitatores terræ*: nec hoc veritati refragatur: etenim ex illa parte peccata procedunt & iniquitates, dona non generantur, beneficia & gratiæ, effectus auri diuini amoris Dei: sed supplicia, verbera & animæ damnatio. Perpende iniquitates ab Aquilone, quas commitebant in diebus Noë: & quale ab ira Dei diluuium emanant. Ex Sodoma, quam ardentes ignium radij &c.

Verum tamen Dei perpende benignitatem, qui de frigidissimo Aquilone: ubi regnat Satan, aurum producit: etenim ex illo consistorio Hierusalem

ubi, quamuis præses visibilis sit Caiphas, inuisibilis tamen spiritus, qui regnat assistit, & corpus illud viuificat, spiritus est Luciferi qui in plenatio regnat dominio, ex quo status turboque venit infernalis malitiæ frigidissimus, tantique scelestus, quo malus committi posse est impossibile: *Expedat ut vnus moriatur homo.* Dei considerationem, hinc etenim aurum elicit amoris sui & charitatis eminentissimum: *Commendat Deus charitatem suam in nobis &c.* Hic namque patefacit amorem suum erga hominem: quandoquidem in eius salutem suum Deus sanguinem effundat & vitam, & seipsum in mortem tradat omnium ignominiosissimam: *Ab Aquilone aurum venit.* Quodnam est illud examinatum aurum, quod animas domus dicit exlestibus, nisi mors & passio filij Dei pretiosissima: Hinc generatur fides Patriarcharum, spes Prophetarum, charitas Apostolorum, fortitudo Martyrum, doctorum sapientia, virginitas puritas, & indulgentia penitentium.

Rom. 5. 17.

Ex hoc concilio velut ab Aquilone frigidissimo malitiæ aurum illud producit infirma longè maiori misericordia, sapientia & potentia, quam olim illud mirabile à Moysè decantatum: *Qui e. Deus. 32. duxit mal. de Petra oleumq. de saxo durissimo. 13.* Hinc nobis oportet procedat laus Dei. formidolosa: *Apud Deum formidolosa laudatio.* Hoc etc. *Ps. 22. nim cecidit David: Exultate ei cum tremore.* Quam nobis debet incutere timorem, dum videmus ad quas populum hanc Dei electum ineptias propria traxerit iniquitas, in quam delapsi sunt cæcitate, orbis & vrbis sapientissimi à quibus auxiliarem suam Deus manum subuaxit, in scelestorum eorum viuificam; nec non perpendendo quod si pro scelestibus nostris filium suum Deus in damnationem mortis tradiderit, quomodo nobiscum ager, quomodo nostra puniet delicta, si tantam negleximus gratiam & misericordiam? Hoc argumentum nos in viam salutis reducere optabat Apostolus: *Quomodo nos effugerimus, si Rebr. 2. 2. tantam neglexerimus salutem?*

§. 12. Caiphas cum esset Pontifex prophetauit. Caiphas melius propheta sententiam promulgauit, quam ori illius Deus imposuit.

Cum esset Pontifex anni illius prophetauit: Quod dixit Caiphas iudicè verum fuit. Deique veritas: unde illam à semetipso non edixit, inquit D. Ioan. Sed cum esset Pontifex anni illius prophetauit.

*prophetavit.* Deus ori illius verba imposuit, vt legitimum eorum sensum ipse nequaquam intelligeret: Omissa Theologiae quaedam abyssio quam scrutatur doctor Angelicus & sequendo Diuum Gregorium in materia Prophetiae hoc tantum confidero, quod notat D. Hieronymus in Sacra Scriptura quosdam vocari semiprophetas qui prophetabant ex dimidio: unde pendit quod nostra vulgata lectio ait de Sobal: *Videbat & dimidium requiescentis* illud Septuaginta transtulerunt: *Quis prophetabat ex dimidio*, & idem dicitur de Salma, Bebekhem, Netophati & alijs, qui prophetabant ex dimidio. Quid hoc sibi vult, quod prophetarent ex dimidio? integer & perfectus propheta, dicente D. Hieronymo, duo complectitur: primum, quod Deus eius linguam moueat, verba in eius ore componat & ingerat, vt dicere liceat: *Locutus est per os Prophetarum.* Secundum, quod ei lucem infundat, qua capiat id quod dicit & verborum sensum intelligat, quae Deus ori illius imposuit.

Quosdam videre licet, quibus Deus in ore verba sua ponit, ipse illa omnia componit, & in omnibus & per omnia: verumtamen non illis lucem infundit qua illa, quae proferunt, intelligant: illi ex dimidio prophetant. Talis est Caiphaz: Deus est qui verba in ore ponit, mouetque linguam, à semetipso non dixit. Hic congruè produciunt illa verba Habacuc sententia: *Dedit abyssus vocem suam, altitudo manus suas leuauit.* Pari gressu procedunt vox de abyssu prodiens: illam etenim ipsa emisit, & manus potentissima, quae leuauit altitudinem: quia Caiphaz abyssus iniquitatum, ipse vocem attoluit: verum sapientiae diuinae celsitudo, ipsa manus mouet in tantam altitudinem, vt illi linguam eleuet & moueat, qua sententiam proferat: tot diuinis repletam mysterijs & sacramentis.

Longè sublimius hoc patet mysterium, quam illud antiquum, quod tantam mundo, mouit admiracionem vt legimus in S. lictis. Erat maledictus vates Balaam omnis abyssus inquirans, ardentem flagrans desiderio, & toto laborans conamine vt Dei populum maledi eret. Satanico ductus impulsu: adest Deus & verba sua in ore posuit illius, mouitque linguam: & quamuis peruersa laboraret intentione verba pronuntiat prophetica, plena beneficij, diuinisque fauoribus, in populi illius non leue beneficium: ita vt cum ille fertur animo, diabolica malitia pleno, verbum nullum protulerit, quod non particulati scateret mysterio: cum omnia quaecumque dixit, ordinata essent & composita ex dictamine Spi-

ritus S. qui illa ori illius ingererat. Ecce Leonem mortuum, cui apes componunt mel in ore suauissimum, cum ille non nisi praetredine & factore esset execrabilis: apes tamen Allegoriam adeo mirabilem & industriam in ore eius de leone statunt, fauum scilicet mollis hoc ruc calulis mortuo dispositum, vt omnis anticum mundi in eo facta in eius ciendo sileat industria, in quo mel componunt ore apes dulcissimum, ceramque illuminatorem. O quam mel conlis hic fauus mellis: *Expedi vt vnus* &c. laet hic tota gratiae dulcedo, & lucis supernae gloriae fomentum. Quam ritè compositus? Apes diuinae, tres diuinae personae illum componunt. Conueniunt in concilium suum sapientissimi illi consiliarij dicendo: *Quid facimus?* etenim hominem illum quem in nostram creauimus gloriam à diabolo captum conspicimus: genus humanum quod in nostrum elegimus obsequium, & cui nostras impendimus diuitias, Satan sibi vendicauit: an igitur permittendum, vt inimicus adeo vilis, & creatura, qua nulla impitior de nobis triumphum referat possitque vociferari victoria? Hoc vates praedixit Euangelicus, cui Deus apparuit: *Opertus quasi pallio zeli*, videns tale Satanae stratagemata vt quasi consuleret videatur: *Quid facimus?* An suadet equitas, vt nostra sic bona rapiantur? nostram sic perdi imaginem? nostrum sic everti propositum? nostras sic eludi cogitationes? *Quid facimus?* conclusio desinitur, & ea est, quam apes ori imponunt Caiphaz: *Expedi vt vnus moriatur homo & nos tota gens perent.*

Cuncta considerate verba: cum enim composita sint in Sanctissima Trinitatis consistorio, vero verius est, quod caelestibus redondent mysterijs. Primum Christi, purissimum denotat innocentiam: nullam enim in illo culpam inueniunt, non defectum, non quidquam reprehensibile, nec etiam ab ijs, quos vtique passio obcaecauerat infernalis: illi ipsi, qui diabolica rabie phrenetici illum sugillabant Samaritanum, arreptium, voracem potatorem peccatore legis diuinae transgressorem, & humanarum contempitorem traditionum: modo nihil horum proferunt: cum enim inter se ipsos dumtaxat agant, processus est veritatis, quem illi intentant, & aduertunt nullum esse crimen, de quo possint eum accusare: sic vt nemini in mentem venerit aliquid, cuius causa eum possent merito condemnare: quocirca in eum sententia non proferitur, vt pote criminatum, sed ad populi beneficium, quatenus pateat Christum pro suis non mori delictis: etenim ad his adeo liber est, vt nec minimum in illo reperiret oculi mortalium etiam inimicorum perspicua.

22. q. 171.  
Lib. 1. contra Pelagiam.  
I. Cuiusmodi Prophetiae.  
1. Parah. 2. 54.  
Luc. 1. 70.  
Habac. 3. 21.  
II. Balaam ex dimidio prophetavit. *Num. 23.*

33. IV. Verba Caiphaz expen tur.

spicacissimi. Secundum clarius denota concilij pax illo verbo vsus: *Expedi*. Conueniens est, inquit, suadetque ratio. Non ait: cogit insinua, meretur, culpa reus est, necessario damnandus: sed nec quidem, vrget necessitas, sed: *Expedi*, est- que conueniens.

Lib. 11. de

Trinit. c. 3.

10. 13. 5.

18. To. 5.

V.

Mors

Christi

absolutè

non fuit

necessa-

ria.

D. Avo.

Lib. de A-

gon. Chri-

sti. c. 11.

D. Tho.

1. p. 9. 1.

or. 2. 9.

46. ar. 2.

Gregorius.

3.

D. Leo.

Serm. 3. de

Natiu.

17. Mor.

c. 18. 1.

24. c. 2.

VI.

Sed con-

ueniens.

Euc. 24. 26

Abbr. 2. 10

VII.

Vobis, nō

Iudæis

sed gen-

tilibus.

Refert D. August. nonnullos opinatos fuisse mortem filij Dei absolutè fuisse necessariam in salutem hominis & re-temptorem: *Sunt stulti qui dicunt non poterat aliter sapientia Dei hominē liberare*, erroneum est, inquit ille, cuius dictum & opinionem elegantioribus argumentis prosequitur sol Theologia D. Thom probans Deo plura alia non defuisse media, quibus humanam repararet naturam, sed nullum hoc conuenientius: *Verum etiam ostendimus, non alium modum possibile Deo defuisse, cuius potestate omnia equaliter subiacent, sed sonantē nostræ misericordiam conuenientiore alium modum non fuisse*, inquit D. Aug. *verax misericordia Dei* (sic D. Leo Papa) *etiam ad reparandum humanum genus inestabiliter ei multa suppetere, hanc potissimum viam elegit, qua ad destruendum opus diaboli non virtute veretur potantie, sed ratione iustitiæ*. Perdoctè hanc tractat materiam D. Gregorius.

Hoc Dominus indicauerat, quando Iudæis hoc exponens mysterium vitur illo verbo: *Oportet id est conueniens est*; etenim idem significat, in locutus est Nicodemo, quod sicut Moyses exaltavit in deserto serpentem in stipite apertissimum mortis ab illis remedium: *Ita exaltari oportet filium hominis*. Deo media non defuere quibus venenatos curaret morsus serpentum: sed opportunus & conuenientius fuit, illa serpentis xnei in stipite exaltatio, & ira sapius loquitur: *Oportet exaltari filium hominis, oportebat pati Christum, sic ait euntibus in Emaus*. Non ait necessarium fuit, sed opportunum id est conueniens, atque eadem formula loquendi vitur Apostolus: *Decebat enim propter quem omnia etc. per passionem cōsummari*, non dixit necessarium erat, sed decens: quamuis enim videatur indecens mori Deum in patibulo, nihil tamen decentius magis erat aut conuenientius.

Et cui quæso conuenit? *Expedi vobis*, an non melius dixisset Caiphas: *expedit vobis*? Quia si tibi conueniens videatur pro bonorum tuorum & dignitatis conseruatione hoc ego crediderim tibi fore dicendum. Eximium hic habemus Mysterium: non hoc ita dicit: quia Christi mors illis non fuit conueniens, nec ad hoc quidem quod sibi in emolumentum pretendebant: imo potius origo fuit & causa qua bonorum omnium, fa- Hieron. Bap. de Lanza Tom. III.

cultatum, honoris & libertatis patereur tralle naufragium. Illis conueniens non fuit hanc mortem insurgeret: etenim illis in grauissimum cessit peccatum: porro vobis expedit, id est gentilibus, quod vnicō verbo dixit Apostolus: *Delictum eorū salus fuit gentium*. Bene similiter hoc Christus expressit ore Dauidico, vt declarat vndecimū concilium Toletanum in illo psalmo quem dicunt ad literam de Christo intelligi cui titulum præfixit: *Psalmus David pro cerua matutina*, id est, Christo, qui ceruus dicitur varias ob rationes, quibus modo insidè super sedemus: *Circumdederunt me canes multi*, loquitur cerua matutina, ceruum canes insequuntur, illam molossi mordent, canes fregaces dilacerant & occidunt, porro non sibi, sed Dominos tales dixeris Iudæos: ceruum insequuntur, mordent, laniant, interimunt; non sibi quia in hoc & per illud sibi ruinam acquisierunt sed vt ille fideles gaudeant & Ecclesia.

Rom. 11. 11

Pf. 21. 17.

VIII.

Iudæi

maledi-

ctionem

Caip per-

tulerunt.

Lib. 12.

cont. Iust.

n. 4.

Gen. 4. 12.

Pf. 128. 3.

Hoc idem significauit illa maledictio, qua straticidam Cain Deus perstrinxit: quia stimulatus inuidia fraterno terram polluit sanguine; nam iutes prete D. Aug. duo illi insinixit maxime mysteriosa. Primum fuit: *Cum operatus fueris terram, non dabit tibi fructus suos*, impie, Fratricida, proditor terram excoles & arabis, quos autem fecunda fructus proferet, non tuæ seruiet vtilitati. Secundum: ipse quidem fraternum sudit sanguine, sed illum sibi terra recepit de manu fratricidæ: *Terra que suscepit sanguinem fratris tui de manu tua*. Hoc in Iudæis cernimus impletum: hoc etenim primum egerunt, terram illam sanctissimam Christi corporis exararunt, captiuarunt, flagris ceciderunt, spinis coronarunt, clauis confixerunt, vulneribus aperuerunt, occiderunt: *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam*, alij legunt: *arauerunt peccatores*. Merito puniendam commiserunt iniquitatem terram petarando; verum tamen fructus inde nati illis minime profuerunt, illi impollutum fratris sui sanguinem effuderunt, de manu hic eorum processit, sed illum effudisti, quo periretur in sempiternum: & illum accipiet Ecclesia quo se lauet & omnem absterget maculam & rugam, sicutque formosissima. Conuenienter igitur Caiphas: *Expedi vobis*: erant etenim verba in diuino statuta concilio.

§. 13. Expediit, vt vnus moriatur homo &c. Mors Christi conueniens fuit, non verò eius occifio & bene dixit: Moriatur.

**E**xpediit, inquit Caiphās, & quod est illud conueniens? *Vt vnus moriatur homo.* Verba perpendamus qualiter illa proferat: quamuis enim videantur incongrua, (a) sunt tamen mysteriofa: Expediit, inquit *vt vnus moriatur homo,* ad salutem hominis conuenit ut Deus moriatur. Deus in natura fua mori non potest: expediit vt humanam affumat, quatenus ille, qui in natura non potest mori diuina, in noftra humana moriatur, porro in quantum tres funt perfonæ SS. Trinitatis & non expediat, vt omnes moriantur, fed vna tantum nempe filius, vt licentius probat D. Thom. dicant tres illi confiliani: expediit vt vnus à nobis factus homo moriatur. Nota verbum: *Moriatur:* est enim paffiuum, non dicit expediit vt illum occidamus, vel illum occidant per verbum actiuum: quia fecundum D. Thom. illa actio occidendi illum, grauiffimum fuit omnium peccatum: & fi minimum peccatum non poffit eſſe conueniens: quanto minus omnium grauiffimū. Et ita patuit: quandoquidem, vt diximus, ob illam actionem inuenerunt Iudæi perditionem, & noftra falus non in eo conſiſtebat quod illi Chriſtum actiue occiderent, fed in eo quod verbum illud ſignificat: *Moriatur:* quod ſcilicet Chriſtus occidatur mortemque accipiet.

**H**i in confefſo eſt, in Sanctorum martyrijs duo interueniſſe, ſcilicet actionem Tyrannorum qui cruciatibus illos ſubieiebant, & occidebant: deinde Sanctorum paſſionem qui tales libenter & voluntarie pro Chriſto dolores mortemque ſuſtinebant. Actio Tyrannorum mala erat, atque in ea non conſiſtebat gloria & corona Martyrum: quinimo in illa reatus erat culpæ & iuſta condemnationis cauſa, ac æterna ratio perditionis illius auctoribus. Paſſio Sanctorum bona erat: nam illa perferre in Dei honorem, illis gloriæ contulit brauium ſempiternæ: non eſt hoc bonū, quod alter tibi opes detrahit, quinimo peccatum eſt ob cuius reatum, niſi ſatisfaciat, in æternum condemnabitur: verumtamen in te bonum eſt illud tolerare patienter, ita vt D. Paulus ſtatuat illud vt ſolidum fundamentum. Hebræis gloriæ ſempiternæ: *Capinam bonorum voſtrorum cum gaudio ſuſcepiffis cognofcentes vos habere meliorem & manentem ſubſtantiam.* Nō eſt laudabile quod aliquis tibi calumniam inferat: imo potius in hoc

34  
(a) Parece  
viz cay-  
nada.  
I.  
Mori o-  
portebat  
Chriſtum  
non occi-  
di.  
3. p. 91. ar.  
2.  
3. p. 91. 48.  
ar. vlt. ad  
3.  
H  
Duo in  
Martyri-  
bus confi-  
deranda:  
actio &  
paſſio.  
Hebr. 10.  
34.

ſtauit David triſtem Doeg Idumæi nūquam, dum ait: *Sicut nouacula acuta feciſti idolum: prop. Pſ. 91. 4. terea Deus deſtruet te in finem,* quinimo, eam ob cauſam filio ſuo præcepit, vt ſcurram puniret Semei quem paſſus erat calumniatorem, dum filij ſui arma profuſus declinare; porro ſuam ſalutem bonūque iudicauit in eo eſſe, quod patienter & pacatus tantam ferret inuulſus iniuriā illa namque perferendo hominis viliffimæ conuitia, ſeipſum diuinæ beneficiōni recipienda diſponebat: *Reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac.* Chriſtus ſelicem noſtram ſortem non in eo ſtatuit, quod aliquis nobis ferendam imponat crucem, fed quod illam patienter acceptemus. *Tollat crucem ſuam,* non hoc Iudæis expe- diebat, quod Chriſtum occiderent, fed quod ipſe mortem hanc acceptaret, & moreretur: vnde canit Eccleſia: *Mortem noſtram moriendo deſtruxit,* non Iudæis illum occidentibus, fed ipſo voluntarie moriente.

Hanc theologiam ſummus expoſuit Pontifex Petrus quando hæc cum Deo verba fecit: *Conuenienter facere, qua manus tua & conſilium tuum decreuerunt fieri.* Vt fieret: ita vt Dei conſilium non decreuerit vt Iudæi Chriſtum occiderent, fed vt Chriſtus moreretur. Illi: *Conuenienter cernit ipſe facere:* ſed Deus illud: *Facere* non decreuit, ſed: ſum fieri: *Decreuit fieri,* mirare verbi illius: *Moriatur* altitudinem. Ita que nec decreuit, nec voluit Deus, vt Iudæi Chriſtum interimerent, nec velle id potuit: quia maximum omnium fuit ſacrilegium: illud autem nec vult nec poteſt velle Deus, hoc tantum voluit & decreuit: Deus, & quod ex illa reſultabat actione: nempe vt Chriſtus mortem pateretur & moreretur.

Eleganter admodum expreſſit hoc Ioseph I. V. quando ſe, quis eſſet, fratribus ſuis aperuit: *Vos Ita Ioseph vendiſtiſti me in hæc regionibus: ſed iniquas veſtras cogitationes Deus in veſtrum conuertit: emolumentum: Pro ſalute veſtra miſi me Dominus ante vos. Non veſtro conſilio ſed Dei voluntate huic miſſus ſum.* Non decreuit, Deus actionem concilij veſtri: etenim mala fuit, ſed paſſionem, vt ego mitteret, & ego paterer. Veſtra actio veſtra eſt, veſtrum conſilium, veſtrum fuit: *miſſus ſum:* porro paſſio opus fuit diuino decretum conſilio. In cuius igitur commodum ceſſit hæc mors Chriſti paſſio: *Propopulo:* non pro ſe, non pro peccatis ſuis, ſed pro totius populi ſagitijs. Hic per ſe ſaluus eſt & beatus, nec ſibi aliquid acquirit, nec ipſe ex ſe debet aliquid: ſed vt populum ſeruet illumque ne pereat, ab ira liberet. Omnino diuine diſpoſuit Deus, vt in hac ſenten-

V. sententia hoc verbum Caiphas profertur : quatenus constaret Christi innocentia , totique mundus ex ore ipsius Iudicis eum condemnatis Christi intelligat mortis causam. Duo præfides in terra testantur mortis ferale decretum in Christum protulerunt : primus fuit Caiphas in hoc Iudæico contumacioso : alter fuit Pilatus in tribunali Gentilium : vult autem Deus & ordinat , ut illi ipsi quo tempore ferunt in Christum sententiam , protestentur & præsupponant eius innocentiam : idque eo modo , ut illa protestatio pars sit quadam legitima eiusdem sententiæ criminalis : ascendit Pilatus Tribunal Christum condemnaturus : sed prius verè & realiter aquam sibi postulat adferri , & coram tota Iudæorum Synagoga patte scilicet adversaria , suam incipit sententiam : sibi manus ablucendo & voce præconia pronuntiando :

*Matt. 27. 24.* *Innocens ego sum à sanguine iusti huius : vos vidistis.* Omnes intelligant , sciantque omnes , sic protestor ego & contestor , quod nullus sit culpæ reus , quodque innocens moriatur. Caiphas in eadem sententia declarat idem explicitè : *Moriatur pro populo* : non enim necesse est ut pro se moriatur : & optimè præmittit illud : *Expediit* , conveniens est ut moriatur : quatenus morte sua pro ceteris integram solvat satisfactionem : hoc nemo præter illum potest facere : nam quotquot sūt filij Adam mortis subiacent legibus , hoc decreto tenentur , & iuste ad illius obligati sunt solutionem. Tu namque perfectè pro altero non soluis id , quod debet , dādo illud , quod iam tu pro teipso solvere tenebaris , non satisfacit tributo subditus , quod vicinus illius debet , ipse solvens id , quod ipse pro se dare tenebatur. Expediebat ad solutionem & satisfactionem pro morte generis humani mors quedam non debita. Talis autem hæc est filij Dei iam hominis : unde *Expediit ut unus moriatur homo &c.* De quo Dominica præterita diximus.

*35* Aliud venerat hic mysterium in illo verbo : *Moriatur* : non ait *expedit ut perdat* , *expedit ut deleatur* unus homo. Quare Caiphas de Christo locutus non eodem verbo : *Perdat* , utitur , quo locutus de populo vitur , nec dixit : *Expediit ut unus homo perdat* , ne tota gens perdat ! Communiter quando convocabant concilium contra Christum , vrebantur verbo illo perdati. Statim ab initio cogit Herodes concilium : *Ad perdatum puerum*. Deinde cum se Christus mundo per miracula doctrinamque manifestaret , attestantur D. Mathæus & D. Marc. quod concilium adunarunt : *Ut perdatent* *Marc. 4. 6.* *enm.* Alias scribunt D. Marcus & D. Lucas idem

illos fecisse : *Quærebant eum perdatere*. Erat docens *Marc 11. quovis die in Templo* , ( sic D. Lucas ) *Principes autem 18. sacerdotum & scriba & principes plebis quærebant Luc. 19. 47 eum perdatere*. Hoc intendebant Diabolici huius concilij consilianj atque in eum finem scopumque cunctas direxerunt actiones : quoniam eo fine populo persuaserunt , ( ut Mathæus loquitur ) ut à Pilato præfide poscerent , Barabbam solveter , Iesum autem perdatere : *Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt populo , ut peterent Barabbam , Iesum vero perdatere.* *Matt. 27. 20.*

VII. Si hoc igitur intenderint , ilque fuerit eorum scopus , ut quid non dixit : *Expediit ut perdat* , sed *Christus ut moriatur* : ut nostræ redemptionis altissimum ut petra pateat mysterium ; nimirum expedite ut Christus percussus sit moreretur , notat Origen. ex quo hoc sum- aquas effudit D. Augustinus quod Deus populi suum fudit. extincturus illum remittat ad petram quam *Ho. 11. in Moyses virga feriat in præsentia & assistentia Erod. seniorum ; petra Christus est : Sed hæc petra nisi Sermon. 95. fuerit percussa aquas non dabit* , *Percussa vero fonte temp. tes produxit*. Ut illa percussus adsit Moyses & seniores , & Moyses in eorum conspectu illam virga percussit , Dominus autem sit supra petram , verbera istiusque dirigens , ut aquam producant. Ad percussorem mortisque sententiæ promulgationem in plenum conveniunt concilium Principes sacerdotum , seniores & summus Pontifex Caiphas præfides concilij ; Deus est qui linguæ iustum dirigit Pontificis ; ipse etenim fuit , qui Caipham movit ad hanc percussorem ; *Expediit ut unus moriatur homo pro populo*. Hinc aqua proflixit mortalium omnium redemptionis saluberrima. Ad huius declarationem dixit Propheta Zacharias : *Percutiam pastorem &c.* Significans omne bonum vitæ salutisque æternæ mortalium inde processurum , quod Christus percuteretur & moreretur : verumtamen non perijt neque per mortem deletus est , imo potius in illo completum est , quod ipse de se vaticinatus est , expedite scilicet ut moreretur , granum tritici , quod agricola ea mente non seminat in terra ut perdat , sed ut viride & frugiferum enascatur , messenque proferat abundantè ; itaque mori Christi non est illum perdi , neque petre ; sed virtutem suam omnipotentem viresque impendere , v. alia quoque grana proveniant. En tibi de Christo mysterium , *Nisi granum frumenti cadens in terram m. r. 10. 12. 24. tum fuerit &c.* Si autem mortuum fuerit multum fructum adferri.

Digne nullus explicet verba vatis Isaia quæ D. Augustinus explicat de Christo Redemptore : *M m m m m z re:*

Lib. 3. con-  
tra ille ref.  
c. 24.  
Isai. 51.1.  
VIII.  
Vaticiniū  
Isaie de  
Christi  
morte  
declara-  
tur.  
Is. c. 51.  
Isa.

re: Audite me qui sequimini quod iustum est. Et  
quaritis Dominum, attendite ad Petram unde excisi  
estis. Et ad cavernam laci, de qua praeclisi estis. Attē-  
dite ad Abraham Patrem vestrum, Et ad Sarā quā  
peperit vos: quia vnum vocavi eum, et benedixi ei,  
Et multiplicavi eum, consolabitur ergo Dñs Sion  
Et consolabitur omnes ruinas eius. Et ponet desertū e-  
ius, quasi delicias. Et solitudinem eius quasi hortum  
Dñi loquitur ad litteram propheta, si D. Hiero.  
credimus, his Redemptoris nostri adversarijs in  
concilio contra eum congregatis: unde quod no-  
stra vulgata legit: Audite me qui sequimini, quod  
iustum est: legunt Septuaginta: Audite me qui per-  
sequimini iustum: hunc de quo loquitur, Christum  
interpretatur, qui adeo iustus, ut vos ipsi ore ve-  
stro fateamini omnia eius opera sic esse sancta  
& praeclara, quibus in amorem sui fidemque  
possit mundum allicere vniuersum. Ne tibi hoc  
persuaseris, quod eius mortem determinans, il-  
lum sis perditurus imo verò hæc ipsa mors erit  
per quam multa, sanæque proles enascetur, re-  
gnum ipsius solidatura.

Oculos cōijcite in petram ex qua omnes præ-  
clisi estis. Quamnam est illa petra? Attendite ad A-  
brāham Patrem vestrum. Gratissima metaphora:  
ut enim petra radix est & origo, de qua plurimi  
refecantur lapides, ex quibus domus edificantur  
plurimae: ita fuit Abraham, ex quo magna sobo-  
les prodijt filiorum, qui in diuersas familias tri-  
busque excreuerunt. In lingua sancta, ita sibi vi-  
cini sunt Filij & lapides, ut lapides dicantur: A-  
brahā, & filij, Baniim: nam idcirco Propheta ut fi-  
lios significaret, nomen assumpsit lapidum: & id-  
circo Patrem nominat Petram seu lapidicinam. In-  
tuemini pariter, ipsam Sarā genitricem ve-  
stram, quam dicimus Lactem fuisse, ex quo va-  
pores exurgentes in aquas formantur, & fontes  
scaturiunt perennes & abundantes. Idcirco vo-  
catur Sara caverna laci, quo nomine Sacra Scri-  
ptura ventrem nominat feminae fecundioris: At-  
tendite ad Abraham Patrem vestrum, Et ad Sarā  
quā peperit vos.

36 Quid in illis contigit? Vnum vocavi eum, ele-  
ganter expendit Apostolus nomen hoc: Vnum  
propter hoc ab vno orti sunt: Et hoc emortuo. Tan-  
quam sidera caeli in multitudine. Et sicut arena  
quæ est ad oram maris. Intendit Deus proponere  
gloriam Abraham & Saræ, tantos illis donans fi-  
lios qui numero superent maris arenas, licet  
innumeras, & ipsis sint caeli sideribus illustri-  
ores: Quid agit? expectat donec ambo quo ad  
vires opusque naturæ mortui deficiant, in hoc  
sensu moritur Abraham: iam etenim se languen-

tem videt & ad filiorum generationem elum-  
bum: cum corpus illius factus esset infocun-  
dus: Vidit corpus suum emortuum. Mortuatur Rom. 4.10.  
Sara sic ut mater esse nequeat: iam enim in illa  
consumpta est naturæ vis ad concipiendum  
necessaria: Et emortuum vuluam Sara. Hic  
Deus aduent, & de corpore illo emortuo ven-  
treque sterili, nullogue humore fecundo, tan-  
tam elicit Abraham gloriam, ut quando iam per-  
ipse videbatur tantam produxerit filiorum mul-  
titudinem, tamque nobilem ut caeli sideribus  
in splendore minime cederent, & arena  
maris in multitudine compararentur, ilque v-  
nus ipse & hic emortuus: Ab vno & hoc emor-  
tuo.

Hoc igitur intelligite miseris miserosiores, quod X.  
idem iusto huic, quem persequimini eueniet: Ecclesiæ  
quia nedum non peribit vestris quantumcum- per Chri-  
que persecutionibus attitus: insuper & regnum stum for-  
eius Ecclesiæ & Euangelium stabilietur, ex- cunditas.  
quo tanta tamque præclara soboles exurget, ut  
numerum superet maris arenarum, & post se  
longe ponat stellarum caeli pulchritudinem.  
Quanta nobilium proles Patriarcharum: quot  
splendidissimi Prophetae? Quot illustrissimi  
Apostoli? Quanta Doctorum multitudo do-  
ctissimorum? quis suppet Confessores con-  
stantissimos? quis in numerum reduci Peni-  
tentes strictissimos? quis catalogum recen-  
seat Virginum, quæ caelum superent castitate  
purissima.

Anillum queritis occidere & per mortem  
perdere eiusque destruere regnum: atque ad hoc  
mortis in eum feris homicidæ sententiam? Co-  
gitauerunt ut interficerent. Hoc recogitate pro-  
ditores, hoc ipse sciat diabolus, impletum illud  
Annæ vaticinium: Deus scientiarum Dominus est, 1. Reg. 1. 31.  
Et ipsi preparantur cogitationes. Illis ipsis Deo ser- XL  
uetis, vel ut melius dixerō illis sibi seruiet Christus  
Deus, vestro concilio & Caspha sententia: ut sibi seruiet  
tanto Christus amplius glorificetur, regnum hostium  
eius stabiliatur, Euangelium & Ecclesiæ soli- cogitatio-  
detur. Perpendit Rupertus in Historia Ioseph, nibus.  
quibus vijs modisque ad hoc peruenit quod In c. 42.  
Deus determinat, ut Rex fieret, à Patre Gen. 42.  
adoraretur & fratribus, illud expendens quod Lipom. 167.  
Dominus de diabolo dixit ad Iob: Nunquid in prime.  
feriet tecum pactum, Et accipies eum seruum sem- cap.  
piternum? Subauditur ut ego an tecum inibit Iob 40. 23  
dus, ut in omnibus, quæ adurus est tibi famule- 22  
letur? O Domine, an ergo tale tecum fœdus per- 22  
cussit? nunquid tibi est inimicus? In omnibus 22  
quæ

quæ agit mihi seruit, licet non nisi contrarium intendat.

XII. Exe- plo probatur in Ioseph

Illud in sanctissimo Ioseph amico Dei viroque bono considera. Promittit illi Deus regna & regionem fertilissimam ac frequentium populorum prægrande dominium. Quid molitur diabolus hoc euerteretur? Fratrum protocat animos, ut illum odio habeant crudeliter persequantur, in necem eius conspirent, in cisternam deiciant, atque ut in eum vel parum vidcantur benigniores & humaniores, suadet ut seruum vendant illum Ismaelitis, sitque exceptus ut vile mancipium, seruiatque in domo Domini sui velut serua vilissimus: ut eum ad adulterium malefida & impudica Putharis vxor alliciat, ut in carcerem & in vincula coniciatur, ut malefactor malefactoribus concipiatur. An ergo modus hic dominium regnumque consequendi, luere ut mancipium? Vitæque qua his, diaboli cogitationibus. Deus sibi seruit ut suis famuletur: si namque illum minime vendidissent, non eo deuenisset, ut vir adeo probata fidei à Domino suo cognosceretur, ut illi committeret & fidat ut suis, omnes facultates & totius familie regimen nisi cæteribus ex Demogor super peruersitate tradere, nec sciret Pincerna Regis, cuius ipse somnium interpretatus est, iudicium præterita pronesticon felicitatis, nec ad aures Pharaonis donum illud peruenissent, quod Deus illi communicauerat in illum finem, quo tandem Ægypti Prorex promoueretur.

Modo pateat qualiter Deus illis ipsi diaboli vtatur cogitationibus ut sua compleat promissa facta Ioseph adolescenti, quod eum dato tempore in dominium excelsum, regnumque esset promoturus. Hoc idem cum D. Chrysostomo in historia Moyfi reuoluamus: eadem quippe viâ quâ videbatur illius ruina præparari, eundem educitur inopina saluator: *Iussit Pharaon in flumen proiecere pueros. Nisi protecti fuissent, non fuisset seruatus Moyses, non in aula educatus fuisset, quando seruabatur, non erat in honore, quando expostus est, tunc factus est in honore: qua via Principes sacerdotum exitium Christo molebantur, nimirum dum illi mortem inferre satagunt, ea ipsa nomen eius reddunt celebrius, eiusque regnum attollit Deus tantò gloriofius: & hic impletur illi Davidis oraculum: *Lapidem quem reprobauerunt adificauerit, hic factus est in caput anguli: à Domino factum est istud.* Si Christus mortuus non fuisset, mundus quomodo fuisset redemptus? & Deus qua ratione glorificatus?*

Occiditis illum, sed non perdetis, iam enim vobis hoc prædixit Isaias: *Si posuerit pro peccato*

*animam suam videbit semen longanum &c. videbit Isai. 53. 10 & saturabitur.* Granum erit tritici eminentius XIV. multiplicatum, quando namque hoc cadit in terram & moritur, ipsum non reuiuifcit, imo perditur, licet alia ex illo multiplicata repulset. Porro iustus hic eo modo morietur, ut necdum fructum mortuum producturus sit abundantem, sed insuper idem ipse nonus reuiuifcet, ad vitam resurgens immortalam & gloriosam, resuscitabit Deus, eodem Propheta teste, ruinas illius: *Construabitur omnis ruina eius, ponetque eum velut hortum & vineam, quæ putata & reuiffa non perit, sed illa ipsa regeneratur primo vete fecunda & pampinis grata luxuriantibus.* Hoc supposito bene dicitur: *Expectat ut moriatur, morietur sed non peribit, nec erit ei mors ad ruinam; sed ne mundus pereat.* Expendit D. Aug. illa Psalmistæ verba quibus nobis hoc consiliat: *Nocte considere in Principibus, in filiis hominum in quibus non est salus, exiit spiritus eius & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.*

Eunila arbore, quam vidit Nabuchodonosor, *Dan. 4.* omnia animalia, quæ sub umbra illius quiescerant, cunctaque aves, quæ in ramis eius nidit sibi construxerant, auferunt, quia defecit illis fulcrum domus cui inirebantur. Moriente homine, omnes illius pereunt cogitationes, mentisque præterfiones: ille per magnificum exstruente palatium, iste immentas sibi opes cumulante: moriente illo omnia collabuntur. Siste gradum, ô David, si hæc irasunt, inquit D. Augusti. non expediret ut Christus moreretur, quia si moriente filio hominis omnes illius corrumpantur cogitationes, moriente Christo qui se filium hominis inscribit, perire deberent omnes eius cogitationes fundandi Ecclesiam, mundum sibi subiiciendi & omnia fidei sue subiugandi. Hoc verum esset respondet D. Aug. si XVI. Christus tantum esset filius hominis, sed simul Christi ut etiam est filius Dei, & si ex infirmitate mortuus Dei cogitatio est humana, virtute tamen pollet at diuina, ex rationes qua resurgeret, iuxta illud Apostoli: *Carnis fixus est in morte ex infirmitate: vitæ autem ex virtute Dei: que ex non perilla virtute disponderet ut illa mors sua, non esset remitt. ad interitum: sed ut in ole mellesem colligeret munda totius vitæ, saluationis & redemptionis: si natura que virtus à natura grano tritici, collata sufficiat, ut seminatorem & in terra mortuum, non sit illa mors ei ad exitium, sed ad mellesem fecundiorum, qua agricultura sua adimpleat horrea: quanto magis operari deberet virtus huius grani diuini: erat enim ipsa diuinitas: ut mors ei non cederet in ruinam, sed ut per illam granarum, donorum, & gloriarum fructum mereret infinitum.*

M m m m m 3. tum.

Apud Lipon. Exo. 2. fol. 9. XIII. Similit: & in Moyse. 1. 117. 22.



tum. Congruentissimè igitur est illa Caipha sententia ut pote à spiritu S. praordinata. *Expediit ut vnus moriatur homo.*

S. 14. *Expediebat mori Christum, vt misericordia & iustitia satisfaceret, & legis decretum impleveret.*

37 **E**xpediit. Quis explicet fructum & convenientiam, in eo quod mortuus sit ille Deus homo? *Expediit.* Primò: vt integram Deus suam daret misericordiae & iustitiae satisfactionem. Non expediebat, vt illa illatum plenam non reciperet. Satisfactionem, misericordiae & iustitiae duo sunt in Deo lapides pretiosi, brachia throni illius regalis adornantes, quibus cuncta disponit; *Vniuersa via Domini misericordia & veritas.* Peccat homo. Prodeunt hæc duæ Germanæ & contrarias proponunt petitiones, sibi que mutuo, nostro loquendi modo, occurrunt: nam illud nonnulli volunt a Dauidè dictum: *Misericordia & veritas obuiauerunt sibi:* eo modo quo in quodam concilio duo opiniones descendunt oppositas, & quisque suam tueri conatur: tunc enim dicimus, ambo hi sibi mutuo occurrerunt. Loquitur iustitia: supreme Iudex, iustitiam exigo, & quod mihi de iure conuenit, quo deficiente summæ tæe derogabitur iustitiae quod tibi & in te est impossibile, de quo cecinit psalmographus, *Iustus Dominus in omnibus vijs suis.* Nihil iustius quam qui talia committit, tali luat pœna, & quisque pro merito recipiat: peccauit homo, reus est pœnae & supplicij: quocirca meam propono & virgeo petitionem. Si non puniatur homo, vilipendat ego, mea marcescat pulchritudo, qua cunctis seruetur æqualitas. Occurrit iustitiae eiusque iudicio misericordia. Si homo puniatur, & illi culpa non remittatur. O supreme Iudex, mea mihi perit gratia & splendor: una est misericordia, qua mundum repleuisti & decantari voluisti. *Misericordia Domini plena est terra,* quomodo igitur hoc erit, si nulla sit homini misericordia: immensa tua potestas & virtus clarescit O Domine, in ignoscendo: *Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime, & miserando manifestas.* Opera tuæ misericordiae, opera illa sunt: quæ ceteris supereminet, atque in quibus brachij tui manifestas omnipotentiam: *Misericordia & veritas obuiauerunt sibi:* sed oppositis sibi videntur contrariæ sententijs: quid igitur æget in quam partem feret sententiam? quæ sibi hanc vindicabit? Quid remedijs, quid consilij: cuncto duo conueniunt aduersarij, quid agis: medius

vnus interponatur qui vtrique satisfaciat & in pacis cœdera amici conueniant. Hoc per mortem Christi efficitur.

An sibi misericordia & iustitia occurrunt? Statuatur mediator. Quis ille illi nominat Apostolus: *Vnus mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus.* Primus est mediator inter Deum & homines, inter se grauitè altercabantur Deus & homo: Necessarius est sequester, quis erit? Christus Iesus, medium participare debet ab vtroque extremo, vt autem duo coniungas, ambo sunt colliganda & manu ad manum coniungenda. Optimum medium inter Deum hominemque erit, quod Dei participat diuinitatem, hominiquè humanitatem, vt per diuinitatem Deo sic vniatur, vt verus sit Deus, & per humanitatem sic homini copuletur, vt verus sit homo: participet autem de vtroque extremo. Hic est *Christus Iesus:* etenim per hoc nomen significatur Deus homo, vel homo Deus. Lucta est inter misericordiam & iustitiam: vnde necessariò mediator requiritur, vt illas componat. Quis ille? mors huius Christi Iesu: *Expediit ut vnus moriatur homo.* Ponatur inter illud: *Vnus,* & illud: *Homo,* vnus: *Moriatur,* vna mors interponatur medijs: illud: *Vnus Deus est:* *Audi Deus 6.4*

*Israel Dominus Deus tuus, Deus vnus est, illud homo notum est hominem designare.*

Inter bina hæc extrema statuatur vnus: *mors vnus,* vnus qui cum sit Deus homo, moriatur sit mors & collocetur medijs inter Deum & hominem & ab vtroque extremo participet sitque velur ille qui medius sit inter duos & vnitos inter se: vt dici possit ex vna parte, mors Dei, & ex altera mors hominis. Hæc est quæ conuenit. Mors solus hominis parum nobis referebat: etenim mundus tali redundabat. Mors vero Dei solius, erat impossibilis: cum per attributissimam immortalitatis habeat æternitatem: *Regi saeculorum immortalis & inuisibilis.* Media erat mors ex vtroque necessaria, quæ ex vna parte hominis esset, atque ex altera Dei. *Nostri remedijs congruebat, vt vnus atque idem mediator Dei & hominum, & mors ex vno, & resurgere posset ex altero.* Sic loquitur D. Leo Papa fortissima mors erat necessaria, quæ nos reuocaret ad vitam, mors vitalis, quæ nobis vitam largiretur: mors opulenta, quæ nostram, suppleret inopiã. Quomodo fiet illud vna mors inter Deum statuatur & hominè, ex hac parte occidat, ex altera vitam infundat: ex hac in cruce suspendatur, ex altera nos ab eo dissoluat: ex hac ignominia, ex illa nobis gloria: per hanc medijs sit cruciatuum, per illam æternæ gloriæ: & per hanc mortem Deo satisfaciat quantum ad iustitiæ rigorem,

Isai. 1. 17. Rom. 5. 15.

rigorem satisfactione adeo copiosa, ut omne debitum culpamque transcendat, illudque laia compleatur: Non in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitiam, atque illud Apostoli: Non sicut delictum, ita & donum &c. Homini autem infinita praestet misericordia, & ab omnibus liber debitis, absoluitur, hinc oritur ut inter iustitiam & misericordiam tam solida pax componatur, ut sibi mutuo in oscula ruant & amplectantur: Iustitia & pax osculata sunt. Subiungit David: quia per hanc mortem luit soluitque homo quantum, imo plus quam ipsa requirit iustitia, & homo veniam impetrat iuxta misericordiae requisitum.

III. Similitudo.

Debet aliquis Regi centum mille ducatos: nec habet unde soluat vel tulium, cogit illi iustitia ad debiti solutionem: misericordia supplicat ut illi debitum remittatur, quandoquidem non habeat. Si princeps prodiret, & diceret: Ego me statuo in huius locum & hoc in me suscipio debitum, illudque ad ultimum vsque solvam quadra-tem: quocirca liber ille dimittatur, & perfecte utri-que satisfaceret, iustitiae soluendo quantum ex rigore iustitiae debetur, & similiter misericordiae ex mera gratia liberans debitum. Hoc est de quo nunc agimus. Debet homo, non habet quo soluat: etiam debitum est infinitum: a sit Princeps omnium supremus & dicitur: ego totum debitum persolvam: per hoc satisfaci iustitiae & impletur, quod in iudicio postulat.

IV. Christus iustitiae & misericordiae satisfecit. Ro. 2. 15.

Quare Christus in cruce suspenditur: ut satisfaci iustitiae: Ad ostensionem iustitiae suae: sic D. Paulus. O Qualiter satisfecit, soluitque debitum? hinc pati voluit in omni sua persona, & in omni corpore suo naturali, in capite spinas, in corpore flagella, in manibus pedibusque clanos, in oculis velum, in facie sputa, in ore fel & acetum: quia solvere voluit tantum quantum corpus mysticum humanae naturae solvere tenebatur. Erat in omnibus & per omnia debitor in capite per superbiam, in corpore per luxuriam, in manibus per furtum & opera malorum pedibus per gressus inordinatos, in ore per gulam & delicias: in lingua per verba inhonesta &c. ecce debitum omne persolutum, ita ex rigore iustitiae: ut postulare valeat: *Aperite mihi portas iustitiae*, atque ex altera parte reus homo, absoluitur, culpa dimittitur, morte mors eius, vita reparata, caelum apertum, atque haec omnia ex benigna meraque Dei clementia: *Deus, qui dives est in misericordia &c. cum esset mortui peccatis, commisit nos in Christo.*

Eph. 2. 4.

Levit. 25. 47.

Quantum sapio divina hoc angurat lege praescriptum: *Si inuenerit apud vos manus advena, at-*

que peregrini, & alienatus frater tuus vendiderit se ei, aut cuiquam de stirpe eius, post venditionem potest redimi. Qui voluerit ex fratribus suis redimet eum. & patruus & patruelis & consanguineus & affinis. Domine, quid per hoc significas? egregia hic indicat mysteria: lex etenim veteris rerum erat indicativa. Primo: miseriam describit humanam, in quam tanta praevaluit potestate diabolus, ut miser homo seipsum illi vendidit in mancipium, & optime daemone describit nomine peregrini: quia talis in mundo divagatur: etenim hunc Deus homini creavit habitaculum: *Terram autem dedit filijs hominum.* Naturalis illius civitas infernus est, & hic inter nos velut advena circumambulat quo tempore mundus perdurabit. Deinde declarat hoc amplius, quod peregrinus hic hominem vi seu coacte non comprehendat: non enim vim inferre poterat eius libero arbitrio: nam ipse se homo vinus pomi gratia voluntarie subiecit servituti.

VI. Allegoria.

Secundo: Dei demonstrat immensam misericordiam, qua hominem praevenerit, decernens ut ei redimibilis. Postquam ceciderat, & seipsum vendiderat. In quo beneficium exponit homini a Deo praestitum, & negatum Angelo: nam eo momento, quo cecidit, eum deservit sine remedio, nec eius culpa fuit unquam redimibilis: unde confestim peccatis addidit illum sempiternis. Tercio: in eo quod dicit, quicumque eum redimeret, duo haec habere deberet: ut dives esset & consanguineus, mysterium declarat hodie. Domine si has decernas conditiones, in eo qui hominem vellet redimere: quantum intelligo omni eum prius remedio: nam siquidem Deus dives sit, & opes valoris habeat infinitas: verumtamen homini non est consanguineus, & tunc naturalis: & licet homo plures agnoscat consanguineos, quotquot scilicet sunt filij Adae: omnes tamen egeni sunt & adeo pauperes, ut David effari possit in omnium nomine: *Pauperes facti sumus nimis.* in tantum ut interprete D. Paulo, nec unam quidem possit bonam habere cogitationem suae naturae viribus eorum etiam eminentissimus: *Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis.* Quid igitur remedij in unum coadunentur dives & consanguineus: hic qui dives est, se reddat homini consanguineum. Hoc in mysterio incarnationis impletum admiratur: *Verbum caro factum est:* & curcum D. Bernardo illud Davidici licet assonere: *Simul in unum dives & pauper.* Unum fiat: nam ex parte, qua Deus est, dives sit & potestatem habeat infinitam, opes etiam infinitas, similiter ex parte, qua homo est,

VII. Dei misericordia elucet in passione Christi.

Pf. 78. 2.

2. Cor. 3. 5

Pf. 48. 2.

fit homini consanguineus eius sanguine carnisque participet & hic soluat vitam suam tradens in mortem per quam homo liberetur & redimatur: copuletur vita Dei diuitis & mortis hominis particeps: *Expedit ut vnus moriatur homo pro populo &c.*

D. DAM. L. 3. Orib. fidei ca. 1. ac mediū. 3. p. 1. a.

1.

1013. 14.

Diuini hoc expressit verbis D. Damas. quæ doctor Angelicus interpretatur in hæc verba: *In fidei ca. 1. uenit difficillimè decensissimam solutionem.* Aliqui textus legunt: *Difficillimè p. etij decensissimam solutionem.* Sed lectio legitima prior est. Inuenit Deus infinita sua potentia, summa sapientia & suprema bonitate modi dissolutionem qui videbatur indissolubilis inter misericordiam & iustitiam, inter debitorem & solutorem: circa quæ præclara congerunt Theologi & ea Christus exposuit locutus Nicodemo: *Sicut exaltauit Moyses serpente in deserto ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Etenim si verba hæc attentius inspiciamus, ipsa sunt quibus Caiphas utitur in huius sententiæ promulgatione: *Expedit ut vnus moriatur homo.*

§. 15. Expedit ut vnus moriatur homo &c. Expenduntur viginti conuenientia mortis Christi, quas eleganter susceq. prosequitur P. F. Ludouicus Granatensis.

40

**E** Expedit ut vnus moriatur homo &c. SS. Patres elegantissimè hic discunt, hæc Caiphas sententiam emicantes nõ secundum quod de pectore illo procedebat, & animo illius conciliabuli infernalis: erat etenim diabolica eloquia malitiæ; sed iuxta quod procedebat de æterno Trinitatis SS. decreto. His conformiter argumenta producit doctissima quibus congruentias ostendit mysteriorum Incarnationis mortisque fidei Dei D. Thomas multis examinatis indicans esse pelagus immensum, ut se his expediret sic ait: *Sunt etiam plurimæ utilitates supra apprehensionem sensus humani qua consecuta sunt &c.* Quasdam earum in medium attulit Benedictus P. F. Ludouicus Granatensis, cuius sapientiam summis laudibus extulit Gregorius 13. Pontif. maxim. in tertia parte introductionis ad symbolum: cuius argumenta ita præclara sunt, ut ex quolibet eorum sufficiens & utilis queat componi prædicatione.

5. p. 7. 1. a. 2. c. 4. 46. a. 3. c. 4. contra. 34. 55. (2) Echæ. dole em. labaraja. In symbo. lo p. 3. ca. 4. 5. 6.

Postquam ostendit expediens fuisse ut Christus moreretur, ut rigori iustitiæ satisficeret pro communi generis humani debito, ad quod nulla

creatura sufficiebat, argumentis singularibus effectus prosequitur huius mortis, quibus conueniens erat, fructusque huius arboris diuinitus Christi scilicet crucis. Primo: *Expedit ut moriatur,* ob prægrande beneficium, quod mundus ex eius satisfactione consecutus est. Huic optimè quadrat doctrina, quam explicat Card. Caiet. & Magister Soto: etenim satisfactione mortisque Christi, nostra tale robur obtinuit, ut in virtute eius ex rigore iustitiæ Dei dona regnaque mereamur, eo modo quo obsequia quæ filius regi deferret, licet valoris sint exigui: coniuncta tamen & fundata in eximij & eminentibus quæ illi Pater contulit, mercedem mereatur quàm maximam. Quia Saluator noster sibi non requirebat infinita merita, & satisfactiones infiniti pretij, quas morte sua lucratus est, omnes nobis assignauit, ut illæ, quæ in illo dignam non receperunt coronam, in nobis iustam accipiant remunerationem.

Profundam explico theologiam ex D. Pauli verbis illis supra modum arcanis: *Eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit, ut efficeretur iustitia Dei in ipso.* Commentatur D. Avoy: *instituta non nostra, sed Dei, nec in nobis sed in ipso.* Merita nostra ad eum gradum euehuntur, ut de iure coram Deo prætereundè valeant, non secundum quod de nostra procedunt virtute: sed secundum quod meritis mortis Christi nostri Saluatoris iniuntur: & quod prætereundè non possumus nostrorum operum merito, hoc in virtute illius valeamus impetrare.

Secundo: *Expedit ut vnus moriatur homo,* pro dignitate & gloria, quæ nobis ex illa morte prouenit, eaque adeo excellens: ut aliquo modo ipsos transeamus Angelos: quandoquidem tanti nos Deus fecerit, ut pro nobis vitam suam traderet, cum pro illis non nisi simplex suæ potestatis præceptum tiberet. Quod Dn. Leo Papa serio perpendens, nos in hæc verba alloquitur: *Agnosce Christiane, dignitatem tuam, & diuini confors naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire &c. Precium tuum sanguis Christi est.* Hinc, o Christiane velim intelligas, quantè oporteat æstimare animam tuam: cum ipse Deus tanti illam habuerit, ut pro eâ sanguinem suum vitamque ipsam in pretium dare minime dubitauerit.

Tertio, *Expedit ut vnus moriatur* ut summum habeamus Sacerdotem, qui pro cunctis nostris intercedat peccator necessitatibus in conspectu æterni Patris, illi pro nostra salute proprium offerens sanguinem, vitam, seipsum, & ipsam mortem, quam

quam libens pro nobis pertulit, & vulnere pro nobis suscepta, nec non D. Iohannem nobis dicentem audiamus: *Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Iesum Christum Iustum &c.* Hanc rationem sequitur D. Paulus conferens Christum Sacerdotem æternum cum antiquis Sacerdotibus: si namque intrante coram eo illique antiquitus offerente Sacerdote illo homine puto, & mille imperfectiōibus in puto vitulorum, arietum, & agnorumque sanguinem, placatum se demonstraret. *Quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum S. semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram, &c.* O Qualem sacerdotem! O quale sacrificium! non potest Pater illum non amare, non potest illud non acceptare sacrificium. Proh, quam amplius hic patet campus argumentorum!

Cap. 10. Quarto: *Expediit, ut moriatur*: ut plenā de Deo habeamus cognitionem eorumque omnium, quæ nostram spectat saluationem: etenim ex hoc mysterio discimus quis sit Deus, quanta eius bonitas, quam infinitus gloriæ valor, ob quam tanta solutio refunditur, quam horribile sit malum culpæ, ut ad eius deletionem talis tantusque sanguis requiratur. Quinto: *Expediit, ut moriatur*, ad diuinæ gratiæ consecutionem. Est autem gratia diuinæ naturæ consortium, per quam realiter verèque sumus filij Dei, sine qua nefas est regni illius scitari hereditatem. Hanc ex morte Christi consequimur, per quam nos Patri suo vœlesti reconciliavit, cui congruenter præfatus auctor sacrificium expendit: *Secundis arcanis plenū mysterijs.* Sexto: *Expediit, ut moriatur*: ut per hanc mortem sancta nobis tradat Sacramenta: in virtutem ex illa hauriunt, adeo necessaria nobisque vitia sicut Theologi sacratiores exponunt: illa vocat Isaias fontes aquarum viventium de fontibus Saluatoris eius pretiosi sanguinis emanantes præsertim de illo, cui de latere eius per lanceam aperto cum aqua profuxit: *Haurietis aquas in gaudis de fontibus Saluatoris.*

Cap. 13. Septimo: *Expediit, ut moriatur*, ut peccatum detestaremur, bonumque diligere. Quam dulciter tibi sapit peccatum, & quam parū illud reformidas! O Iob, sic illi Deus, vimam larvâ horribilis illius monstri ceti reuelares, ut facie illius exinde dignosceres: *Quis reuelabit faciem inluminis eius?* Perpende quam execrabile sit peccatum, cum Deus ut illud occideret, mortem subiecit: Samsoni comparandus: hic enim ut hostes suos Philistæos occideret, brachijs suis templi columnas amplexus est, & inspirante Deo, seipsum occidit, illos occidit. *Quantum capio, Hieron. Bapt. de Lanucea Tom. III.*

Christus extendens in cruce brachia sua, exclamavit: *Moriatur Samson cum Philistinis.* Hoc intendit moriendo, & eoque sine mortuus est: *Ut de Rom. 6. 6. struatur corpus peccati, & vitia non seruiamus peccato.* Considera quam mortifera fuerit illa infirmitas, ad cuius medellâ Dei sanguis erat necessarius. Expende quantum inducar debuit, ut rotum uniuersum, licet ipsi conveniant Angeli, capitale non habeant sufficiens ad stricam plenamque debiti solutionem: sed ad hoc adferri oporteat pretium diuini sanguinis infinitum.

Octauo: *Expediit, ut moriatur*: ut in nobis flammam accendat charitatis. Hæc ceteris præfidet regina virtutibus, tanti momenti, ut illa seclusa nihil sit quod diuinis oculis perfectè gratificetur. Quomodo accendetur? duo principia habet amor, ex quibus producit. Vnum in corde nobiliori, quod est amor ipse, alterum in pectore luctu cupido: & ipsa sunt beneficia. Primum ex ipso amore generatur est etenim ignis; qua ratione melius ignis quam altero igne succenditur? nihil est quod sic amorem accendat, quam ipse amor, etenim obuiet notum est. *Si vis amari, ama, Rom. 5. 8.* Patet hic diuinus in nos amor. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, pro nobis mortuus est. Quid arbitraris, cum D. Ber. illa esse vulnera, quibus totum eius corpus in cruce pendulum apertum cernis, nisi ora quibus tibi amorem suum loquitur & persuadeat? *Vulnera ista ligantur pro me, quia diligis. D. Bern. 10.* Ignis non habens quo respicit, in ipsis rupibus aperit sibi os aperitissimum. O Petram diuinam Christum Saluatorem, quæ ora præfert quas aperturas? quis illas aperit? non tam flagra fuisse dixeris, non claros, non spinas, non militum manus, quam amorem immensum, etenim celestis sponsa Christum intuta suspensum exclamat. *Lampades eius, lampades ignis atque flammarum. Cant. 8. 6.* *Aque multi non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* Secundumque producit amorem beneficia, sunt etenim ligna, quæ ignis hic apprehendit, ipsique pascitur. Quis numerum explicet beneficiorum, quæ per mortem Christi nanciscimur? sunt autem remissio peccatorum, gratia Dei, adoptio Filiorum Dei, generis humani reparatio &c.

Nono: *Expediit, ut moriatur*, ut in pectore nostro fiduciam spemque confirmet. Optimè congruebat animo nostro deiecto, nostræ imbecillitati, nostrisque demeritis tale falcimentum. Quis non tali confideret Patri, qui ad nostram salutem nobis proptium dedit filium, ut pro nobis moreretur? Quid nobis negabit, qui tantum nobis largitus

gius est donum? Qui etiam proprio filio suo non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: Quid tibi negandum times ab eo, qui proprium tibi sanguinem vitamque propinavit: quomodo perire te patietur modo regnans in caelo, qui pro salute tua & protectione inde descendit, atque omnia in se suscepit verbera, quibus te divina iustitia punire decreuerat? Deleuit olim Deus peccata diluuiio illo vniuersali terram omni montelique contegente. Deinde ut hominum peccus sedaret: poterant enim iuste timere eum, qui tam rigorosam exercebat iustitiam: Arcum in nubibus statuit diversicolorem in fiducia tesseram, ut illum aspiciens furorrem suum bilemque temperaret: Arcum meum ponam in nubibus, & eris signum fœderis &c. & videbo illum. Deleuit Deus peccata diluuiio illo tormentorum, quæ terram carnis Christi cooperuerunt, & ad supremum usque increuerunt, ut caput ipsum leuissimis spinis operiretur. Hic submeria sunt peccata in illis spinis nostra superbia, in illis clavis manes illi perforantes auaritia nostra, in flagris illis luxuria quibus caro illa purissima laniatur &c. porro cum talis nos rigor perterre posset, sicut in eorum supplicium Pater filium excepit illum velut arcum erigit caelestem in aere suspensum, in cruce erectum sanguinis rubedine, verberum linare, quibus illum affixerit, pallore defuncti vultus quo nostram stabiliat fiduciam & spem erigat constantem: etenim in nostris calamitatibus, ac miseris illum diuino debemus offerre conspectui, fide pleni quod quidquid in nomine eius petierimus, nobis sit concessurus.

Decimo: *Expedit ut moriatur*: ut virtutem in nobis plantet humilitatis. Hæc autem virtus si quæ alia est homini necessaria: cum enim sit pulvis, nihil sic eum potest perdere, quam elata vultus arrogantia. Quid efficacius potest hominem ad humilitatem per mouere, quam si videat Deum

D. AVOVS. eo usque humilitati, ve in cruce mortem subeat Lib. de A. ignominiosam: Hæc medicina tanta est (inquit D. gon. Chri. Aug.) Quanta non potest cogitari nam quæ superbia cap. 11. diu sanari potest, si humilitate Filij Dei non sanatur? Tom. 1. qua iracundia sanari potest, si patientia, Filij Dei non sanatur. Quæ auaritia sanari potest si paupertate Filij Dei non sanatur: quæ impietas sanari potest, quæ charitate Filij Dei non sanatur? &c. O medicinam omnibus consulentem, omnia iumentia & primæm, omnia tabescentia reseruentem, omnia superstitia reseruentem, omnia necessaria custodientem, amissa perditia reparantem, omnia praua corrigentem.

Quis iam se exollat contra Filium Dei? Quis de se desperet, pro quo tam humilis esse voluit Filius Dei? Quæ beatam vitam arbitretur esse in ijs, quæ contemenda esse docuit Filius Dei?

Vndecimo: *Expedit ut moriatur*: Ut nos Deo reddat obediens. Creatur Deus hominē illumque mille donis bonisque cumulauit, & prærogatiuis ornaui gratiarum: quas omnes voluit reddere certis virtute obedientiæ. Eo sine cum D. August. illius arboris illi fructum interdixit, Lib. 15. de Ciu. c. 20. & lib. 14. c. 13. vide ut creatura Creatori regique subditus. Hoc ex Spiritu S. dicimus: Deus creatus de terra hominē &c. vestiuit illum virtute &c. testamentum atque in constituit cum illo &c. Obedientiam velut sepem statuit, quæ vinea illa diuina confusa manu terueretur incolumis: accenit diabolo, suaque cœta illam tormenta exprodit eamque funditus evertit: quo factum est, ut mors intraret & perditio. Aduent Christus hominem reparaturus, eamque vult sepem erigere tali obedientiæ, quæ factus est obediens usque ad mortem. Itaque dicente D. August. fuit homo inobediens usque ad mortem: cum enim creatus esset immortalis, inobediens esse voluit usque ad mortem: etenim per inobedientiã mortuus est: quocirca ratio suadebat, ut Christus, qui venerat hominem reddidit obediens: em ipse fieret obediens usque ad mortem: atque in cruce inclinatio capite moreretur, in signum obedientiæ: quocirca priusquam expiraret, caput humiliter inclinavit. Inclinatio capite, emisit Spiritum. Nos prius expiramus, quam caput inclinamus: quia hoc de illo procedit: porro in Christo præcæsit expirationem capitis inclinatio: quia de hac procedebat illa: si namque expirauit & mortuus est, adscribendum est hoc obedientiæ, hic quamquam tua sit oportet, additas.

Duodecimo: *Expedit ut moriatur*: Quatenus virtutem in nobis generet patientiæ, de qua sic D. Iacobus: Patientia opus perfectum habet. Hæc nobis apprimè necessaria est, imo magis necessaria, quam baculus per præcepta incedenti, ubi ad singulos passus varijs occurrat offendiculis: hæc etenim vita, vita rema iouis est & carnis pus tribulorū, in quo spūs viliat reperimus nos acriter exulcerantes qualiter illam homo seruabit tot obrutus aduersitatibus, disterijs, paupertate, cruciatibus & infestationibus? Christum imitatur: Per patientiam curramus: (sic nos hortatur Apostolus): Aspicientes in auctore fidei &c. qui pro possio sibi gaudio &c. Exemplum illius quo nobis patientiæ

Cap. 17.

Lib. 15. de Ciu. c. 20. & lib. 14. c. 13. vide supra Ho. 23. nu. 60. Eccli. 17.

104. 29. 30.

Cap. 18. Iacob. 1. 4.

Hebr. 12. 1.

patientia in passione sua præfulsit egregiè defcribit P. F. Ludouicus Granar hanc Christus tenuit patientiam attendens gaudium sibi inde prouenturum. Dicitur mihi quia ratione contumeliam, morbum, paupertatem, mortemque feram patienter Christum cõsidera. *Qui præposito sibi gaudio.* Hæc consideratio illam in Martyribus produxit, adeo inuincibile: hæc illos in carceribus, flagris, cladibus, nuditate, exilio, craticulis, ignibus &c. reddidit insuperabiles, vitia illa perpendentes, hortatur D. Augustin. *Qua timiditas sana, vi non potest, si resurrectione, corporis eius non sana.*

D. Avors.  
L. de Ago.  
Chr. To. 1.

41.  
Cap. 19.

Decimo tertio: *Expedit ut moriatur.* Vt plenum nobis sufficiens & vniuersale virtutum omnium præbeat exemplum: quarum opera nobis ad beatitudinis sunt necessaria consecutionem. Dei Filius factus est homo vt nos cœli viam doceret: fecit hoc verbis & cœlesti doctrina in Theoria: reliquum erat vt idem operibus in praxi perficeret. Consecuit magister Mathesos, vt heri diximus, primo verbis proponere doctrinam, naturam exponens & species figurarum circuli, semicirculi trianguli, quadranguli &c. & singulorum inter se proportionem, atque dimensiones. Deinde tabulam sumit easque delineat subijcitque oculis: en qualiter fiat circulus, hic cerne quomodo diuiditur semicirculus, hic attende qua ratione hoc triangulum habeat tres angulos duobus rectis æquales: itaque in praxi demonstrat quod verbo proposuit.

Ann. 3. 17.

Descendit Filius Dei Magister ille cœlestis nos instructurus: vt talem enim eum promouit Pater quando capiti eius pileum imposuit Spiritus Sancti in figura columbae, nobisque præcepit, illum audiremus: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, ipsum audite.* Officio suo functurus ascendit montem & velut de cathedra materiam nobis proposuit virtutum, varias multasque nobis prælegit lectiones, in diuersis multisque partibus atque occasionibus, necessitatem exposuit Charitatis, quodque sine illa nobis nulla sit speranda beatitudo: virtutis obedientie erga superiores tam Ecclesiasticos, quam sæculares docuit eminentiam: reuerentiam filiorum erga Parentes: humilitatem, qua non obtenta

cœli non possimus penetrare celsitudinem: patientiam in persecutionibus, tolerantiam in aduersitatibus, in bono perseverantiam vt nullis contrarijs & molestis retrocedamus, mundi contemptum, honorum ac diuitiarum vilipensionem, voluntati diuinæ resignationem, ad Deum feruentiores tempore necessitatis orationes, propriae vitæ contemptum quo luctemur æternam, & crucis denique banulationem. Omnia hæc primo verbo docuit, quo nobis Sacrosancti Evangelij doctrinam exposuit easque omnia quæ nobis sunt conuenientia. *Ego Dominus præceptor Isai. 48. 17. tuus docens te vitia.* Vt autem hæc congruè capiamus, illa voluit postmodum operibus exhibere, atque in illis nostris oculis opponere practicum Euangelium: charitatem adeo seruidam demonstrans, vt ad hominis miseriam salutem non effuderit aurum, non argentum, sed proprium sanguinem & vitam: parum dixero pro amicis suis, sed pro inimicis, quibus pallus non est amariore, quique vitam illi adimebant Deicidat: *Commendat autem Deus charitatem suam in nobis, Rom. 5. 8. quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.*

Magna nimis erat illa Constantini Imperatoris compassio: cum enim toto corpore suo sceda & terribili lepra perfundere, consultum iudicatum & expediens sapientissimi Physici, quatenus ad eius emundationem balneum de puero rum sanguine sibi subditorum procuraret: quocirca magnum eo sine numerum collegit puero rum occidendorum: verumtamen eorum miseris, matribusque compatiens, tantam noluit tamque execrabilem exercere lamienam, eligens ipse potius grauissimos, quibus torquebatur perpeti cruciatus, quam tantorum innocentium, licet subditorum, sanguinem effundere. Quid esset si paruuli illi lepra laborarent aut aliquis eorum vilissimi cuiusdam mercipij filius immundus & seditiosus, cui sanguis omnis comprutuleret: Imperator autem salute gauderet integra, purissimoque sanguine; nihilominus omnem hunc proponeret in lauacrum vilissimi illius serui spurcissimi & refractarij?

Hoc in filio Dei pro nobis præstitum admiramur, quo patet opere illius expressa patientia; cum illam tenuit it adeo constantem, vt ipsemet iudex in stuporem raperetur, quod nec vnum verbulum falso acclatus in sui proferret exonerationem. Patet hic quina tolerantia quando tondetur obmutescens. *Sicut quis ad occisionem ductus est & cum male tractaretur, non aperuit os suum; cum malediceretur, non maledicebat, cum perteritur,*

N u n u n u n 1 teritur.

teretur, non comminabatur. Hic roboris intus habemus exemplar: non enim pedem retraxit ab opere quod in nostrum commodum suscepit vsque ad mortem. Hic reverentiam testatur superioribus debitam seipsum iudicibus sine replica subdens iniuriosis: lucet hic prompta aeterno suo Patri obedientia: patet oratio mortis angustijs prolata: profertur hic Paupertatis Evangelicæ in eius nuditate prototypon, & mortificationis in cruce, in qua quiescit lucidissimum speculum: hic discimus honorum opumque mundi contemptum. Eia agite, discipuli hanc classem frequentate: ad classem ò Christiani, ad classem, discite filij vestris obedire parentibus, cum caput illud videatis inclinatum illi, quod Pater ei præceperat. Huc adverte divites, & pauperibus vestra substantia discite ferre subsidium, cum coelestem hunc cernatis iustitiam omnem suam sanguinem liberaliter pro illis effundentem, accurre vindictæ flagrantissime, & iniuriarum disce remissionem. Hic siste gradum impatientissime: & licet graves perpeti disce molestias: hic te videam honoripeta: perpende quis finis, quis honorum mundi terminus: neque te prætereamus ventris cultorem, atque in felle hoc & aceto tuas disce epulas potusque spernere Martiales: ad scholam ò Christiani: hic considerate quid vos doceat Evangelium operibus expressum: vobis enim cum sapiente loquitur: *Appone cor tuum ad doctrinam meam* &c. ecce descripsi eam tripliciter, ad cathedram meam concurrete: multariam enim meam vos doceo sapienciam. Quotcumque tempore illam amoris discipulus frequentavit D. Iohannes in virum evasit sapientissimum: & tu quoque enaderes si illam pro debito frequentares, habes hic quid tibi in se ipso proponat atque in carne sua: virtutum scilicet exercitium, viam inquam ad cælum tendentem: *Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, quam invitavit nobis viam novam, & viventem per velamen, id est carnem suam* &c. verba sunt Apostoli viam iniciavit cæli, exercitium scilicet virtutum in seipso, & in carne sua viam viventem: non enim nobis eam proposuit verbis mortuis, sed operibus viventibus in carne sua.

Hoc Psalmista verbis illis indicavit, quæ ex illa occasione declaravimus: *Tecum Principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorum.* Graeci legunt: *In splendoribus sanctitatum.* Diem virtutis suæ, diem dicit suæ passionis. Quamvis enim dies fuerit infirmitatis carnis suæ, quæ passa est & mortua: verum tamen per illam ipsam opus

suum perfecit, & divinam suam prodidit fortitudinem. In illo die cum Patre fuit suo principio de quo processit secundum id quod ipse dixit: *Qui me misit, nec me, & non reliquit me solum* &c. Hic splendores effulserunt sanctitatum; etenim hodie virtutum omnium exemplar dedit integerrimum quatenus omnes ex illo disceremus.

Quaridecimo. *Expedi ut moriatur*, ut suam redderet asperitatem & paupertatem Evangelicam; videmus enim illam in hac morte in gradu superlativo. *Quintodecimo. Expedi ut moriatur*, quo nobis meditationis & contemplationis materiam proponeret altissimam; etenim hic tota comprehenditur materia sapientie omnipotentie, bonitatis, misericordie, iustitie, Deique thesaurorum. Idcirco quando celeriter pertransiens Moysi voluit humeros suos exponere videndos, quo symbolo hoc illi mysterium aperuit, dixit, quod illi omne suum bonum obijceret spectandem; *Quidnam tibi omne bonum.* Hic est liber ille D. Pauli Apostoli, perperum & omne studium. *Non enim iudeavi me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christum & huic crucifixum.*

Decimosexto. *Expedi ut moriatur*, quo nobis tribuat, quod per hanc mortem æterno Patri præsentemus & in orationibus ac petitionibus nostris divinæ maiestati proponamus. Saepenumero nos præmonuit. *Non apparebis in conspectu meo vacuus* Quid ergo Deo meo gratum offeram & acceptum, etenim in me præter peccata, scelera, & defectus invenio nihil offerendum: hæc cura Michæam Prophetam excruciat; illum audio inquirentem. *Quid dignum offeram Deo pro peccatis meis:* In illum finem tormenta sustulit, nobisque suam communicavit mortem, dolores, vulnera, sanguinem & merita Patri suo æterno à nobis offerenda. Iacob conspectui fratris sui Esau compariturus, quem sibi noverat indignatum, prius placatæ studuit, eoque animi munera præmisit illi armentorum & gregum bouum, ovium, vitulorum &c. quid ego Deo dignum offeram: coram eius adveniens præsentia quo reddam eum mihi placabilem? ecce crucem, sanguinem, vulnera, obedientiam, patientiam & mortem filij eius dolorosissimam, & ipsam Filium crucifixum & pro me mortuum.

Quanto Iacob in Agypto humanis valedixit filios suos sub manu & potestate reliquit Iosephi: verum quid iustrum formidans, ne forte Ioseph memor iniuriæ, & infamis prodicionis, qua fratres contra illum, conspiraverant

Pro. 22. 17

Appone cor tuum ad doctrinam meam &c. ecce descripsi eam tripliciter, ad cathedram meam concurrete: multariam enim meam vos doceo sapienciam. Quotcumque tempore illam amoris discipulus frequentavit D. Iohannes in virum evasit sapientissimum: & tu quoque enaderes si illam pro debito frequentares, habes hic quid tibi in se ipso proponat atque in carne sua: virtutum scilicet exercitium, viam inquam ad cælum tendentem: Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, quam invitavit nobis viam novam, & viventem per velamen, id est carnem suam &c. verba sunt Apostoli viam iniciavit cæli, exercitium scilicet virtutum in seipso, & in carne sua viam viventem: non enim nobis eam proposuit verbis mortuis, sed operibus viventibus in carne sua.

Heb. 10. 20.

Pf. 109. 4.

34 Cap. 10.

Cap. 21.

Exo 33. 19.

1. Cor. 2. 2.

Cap. 22.

Exo. 23. 15.

Ecl. 35. 6.

Mich. 6. 6.

Gen. 32. 4.

se

se commotum ostenderet eosque pleteret, ad se cunctos conuocauit atque illis: filij mei desideratissimi, merito uobis Ioseph frater uester indignabitur, si malitia recorderet, qua fratrem uestrum periculi estis seruumque uendidistis alienigenis: uerumtamen uobis relinquo nomen meum meamque auctoritatem, ut illa uobis sit in praesidium: quocirca cum humanis ualedixero ite uosque ipsos eius offerre conspectui, meum uobiscum nomen fideique adferentes, quem his uerbis meo nomine alloquemini. *Pater tuus praecipit nobis antequam moreretur ut haec tibi uerbis illius diceremus.* Obsecro ut obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitia quam exerceuerunt in te: nos quoque oramus, ut seruis Dei Patris tui dimittas iniquitatem hanc. Non dicunt Pater noster sed *Pater tuus*: non loquuntur in nomine suo sed illius: *Haec tibi illius uerbis dicere ueni.* Quanto potiori iure poteritis & uos Patrem atque nomen accedere in nomine Christi, qui ueltra in se suscepit peccata, illicque offerre uendum eius uerba, aut uenerabile nomen, sed sanguinem illius, cruciatum, dolores & mortem. Hanc etenim uobis tradidit, ut eam Patri praesentaretis.

Gen. 50. 16.

Cap. 23.

Cap. 24.

Matt. 16. 24. Iud. 6. 7. 17. Iud. 6. 7. 48.

Decimoseptimo: *Expedit, ut moriatur* ut per hanc mortem nobis fauorem tribuat & subsidiū tentationibus superandis opportunum: quando namque illis diabolus non impugnat, propugnaculum habemus in Christo Crucifixo iustissimum. Si te promouet ad uindictam, illam in te re patientiam: si superbiam persuadear, illam admirare humilitatem: si delicias insulset, sanctissimam illam perpende carnem plagis: uindique eos fessam: si succret auaritiam, profusam illam meditare liberalitatem, hic locus est tefugij, quo nullus a hoste securior, quem columba, lux celestis sponsus indicauit, ubi impetus illi deideat infernalis: *Columba mea, in foraminibus petrae in caetera uacat.* Decimooctauo: *Expedit, ut moriantur* inuicti martyres gloriosas obrineant uictorias, & trophaea teleferant celeberrima: haec etenim mors illis animos uiresque suggerit, ut fortiter & delectabiliter propriam patienter non minor efficacia, quam blephantū motu sanguine ad praelium excitantur animosiores. Verba Christi momentis electi percipiunt: *Si quis uult uenire post me se sequatur me*: & maior haec profert proprietate, quam olim strenuus ille Dux populi Dei Gedeon, quando lagenas illas mysticas cofregit: similiter quam ille Dux animosus Abimelech ramum arboris diuicillum humeris imponens sic suos hortatur commilitones: *Quod me*

*uideritis facere, facite.* Praesertim enim ille mortem patiens iam illi suam abstulerit ferocitatem, suauemque reddiderit, atque hanc degullans purgationem ex amata conuerterit in gratissimam, ut audio Paulum dicentem: *Ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.* Ut alias exposuimus.

Decimonono: *Expedit, ut moriatur*, ut per hanc mortem mundum ad ueram reducet fidem & legitimam uero Deo sanctamque obedientiam, suum illud complens oraculum: *Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum*, de quo Sabbato praeterito disseruimus. Vigesimo, *Expedit* ut moriatur; ut homo beatitudinem & gloriam assequatur sempiternam, quam nulli nisi pueri & immaculati consequuntur, prout sub diuersis figuris D. Ioanni praestentum fuisse legimus. Hanc merito sanguinis Christi obinemus, iuxta dictum Angeli D. Ioanni, quando coelitum illa gloriofam uidit societatem; dum enim curiosus inquireret, quoniam essent & unde uenirent; responsum audiuit: *Hi sunt, qui uenerunt ex magna tribulatione & lauerunt stolas suas & dealbauerunt eas in sanguine agni.* Hanc propositionem ueritissimam idem nobis asseruit D. Ioannes: *Laui nos a peccatis nostris in sanguine suo.* Hoc lauacro Ecclesiam pulchram exhibuit & impollutam; *Ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam.* Hoc eudem fuit illud, quod singulariter insinuit, quando laucea miles laus eius aperuit de quo: *Exiit sanguis & aqua*, de quo alio loco locuti fuimus.

Haec est illa huius sententiae in caelo determinatae summa celsitudo, summa inquam est decreta sapientia bonitate insuata, scientia incomprehensibili, iustitia rigorosa, meracue misericordia in commodum salutemque nostram, haec est illa sententia, in terra pronuntiata in Hierusalem suprema summaque iniustitia, horiendo nimis peccato & iniquitate maxima, in populi huius infelicis ruinam animaeque damnationem. Eia age Christiane ascende & descende factus Angelus hanc scalam a D. Ioanne tibi propositam, illis similis quos uidit Iacob in qua per deserta se Deus illi praesentem exhibuit & beneficium. Descende in terram huius deserti & infernales contemplare hufones, tubos, dumeta, tribulos, & lapides longè durissimos, hominum erga Deum puniendam ingratitude, cui opera illius optima pessimis rependunt operibus & malicia inferno punienda; etenim contra Deum manum attollunt auaritia insatiabilis, ambitio fastuosa, & mētis uoluntaria caecitas, in quam corruunt peccatores; qua de causa perierunt regno, ciuitate &





domibus extorres, sine templo, sine pontifice, sine sacrificio, sine Rege, mundo redditi perpetuum & vile periplemar: & ilico sursum ascende & Deum intenes huic inimicum feceris: hic enim est, qui mortem hanc decreuit, & per omnia de-

lineauit. Contemplare qualiter per illam mundi decreuerit salutem, humani generis redemptionem, Angelorum sedium instaurationem, criminum indulgentiam, gratiarum fundamentum, qua gloria tandem fruamur æuiterha. Amen.

## S V M M A R I V M

## HOMILIE QVADRAGESIMÆ SEQVENTIS.

**T**ICET nobis Euangelista plures easque diuinas referat historias, earum parte in crastinum referuata, tantum hodie inhæret, cogitationes expendendo, quas ipso teste, inter se Principes & Pharisei contulerant: quibus cum non sufficeret, quod Christum in concilio mortis ream proclamassent, in his vltro progressi sunt eo vsque, vt etiam Lazarum ab ipso resuscitatum. *a.* Voluerint interficere, multa, his cogitationibus manifestando. Primò; cordis sui malitiam. *b.* Secundò; qua ratione vnum peccatum, sibi conuocet alterum. *c.* Tertio; lacrymas eorum in morte Lazari fictas fuisse. *d.* Quarto; peritiam eorum prodit contra veritatem obdurationem. *e.* Quintò; ad vltimum eos venisse perditionis. *f.*

*a* §. 1.  
*b* §. 2.  
*c* §. 3.  
*d* §. 5. 6. 7.  
*e* §. 8. 9.  
*f* §. 10.

§. 1. Maximum Christi miraculum, fuit Lazari resuscitatio, cuius gratiâ inimici illius in Lazarum rediuinum insurrexerunt, velut canes in lapidem.

§. 2. Cogitauerunt Principes. Cum illi cor esset iniquitate plenum, debebant & eorum capita malis abundare cogitationibus.

§. 3. Cogitauerunt vt & Lazarum interficerent. Pater in illis, quod vnum peccatum vocet alterum, sicut in iustis vna virtus alteram sibi sociat.

§. 4. Vocant & sibi mutuo respondentem peccata sicut milui & vlula.

§. 5. Vt Lazarum interficerent, quem suscitauit Iesus. Velle occidere Lazarum resuscitatum, ostendit fictum fuisse splantum super mortuum.

§. 6. Ridicula fuerunt horum lacryme in obitu Lazari, sunt etiam eorum penitentiam, quibus imitantur.

§. 7. Cogitauerunt interficere Lazarum quia multi propter illum abibant & Lazarum cogitant illi interficere, sicut ille, qui male agit odit lucem.

§. 8. Bellum inferi Deus peccatoribus per Predicatores, velut per stellas: idcirco illis malum exoptant, sicut hi Lazaro.

§. 9. Cogitauerunt vt & Lazarum interficerent. Qui per Predicatores non conuertitur, per mortuos rediuinos non conuertitur.

§. 10. Ad vltimum perditionis hi perueniunt, cæci facti & perditii, sicut Ariel apud Isaiam.